cum quatuor navibus e Cenchreis navigans, in Chium pervenit, quemadmodum illuc initio pervenire properabat. Tertio autem die, quam ille pervenit, quinque & viginti Atticae naves ad Lesbum appulerunt, quibus praeerat Leon & Diomedon. Leon enim cum aliis decem navibus, Athenis postea profectus, ad opem suis ferendam venerat. Sed & Astyochus eodem die iam advesperascente, cum portu solvisset, & unam Chiam navem assumsisset, in Lesbum navigare coepit, ut, si quid posset, Lesbiis prodesset. Cum autem Pyrrham, & illinc postero die Eressum pervenisset; hic intellexit, Mitylenen ab Atheniensibus primo impetu captam fuisse. Nam Athenienses, ut ex improviso venerant, ad portum appulsi, naves Chias superaverunt, & in terram egressi, iis, qui obstiterant, proelio victis, urbem in suam potestatem redegerunt. Quae cum Astyochus intellexisset tum ex navibus Eressinis, tum ex tribus

αἱ τότε καταληφθεῖσαι, καὶ, ὡς ἡ Μιτυλήνη ἑάλω, φεύγουσαι περιέτυχον αὐτῷ τρεῖς (μία γὰρ ἑάλω ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων) οὐκέτι ἐπὶ τὴν Μιτυλήνην ὥρμησεν, ἀλλὰ τὴν Ἔρεσσον ἀποστήσας, καὶ ὁπλίσας καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ νεῶν ὁπλίτας, πεζῇ παρέπλει ἐπὶ τὴν Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἄρχοντα Ἐτεόνικον προστάξας. καὶ αὐτὸς ταῖς τε μεθ' ἑαυτοῦ ναυσὶ καὶ ταῖς τρισὶ ταῖς Χίαις παρέπλει ἐπὶ Ἄντισσαν καὶ Μήθυμναν, ἐλπίζων τοὺς Μηθυμναίους θαρσήσειν τε ἰδόντας σφᾶς, καὶ ἐμμενεῖν τῇ ἀποστάσει. ὡς δὲ αὐτῷ τὰ ἐν τῇ Λέσβῳ πάντα ἠναντιοῦτο, ἀπέπλευσε τὸν ἑαυτοῦ στρατὸν ἀναλαβὼν ἐς τὴν Χίον. ἀπεκομίσθη δὲ πάλιν κατὰ πόλεις καὶ ὁ ἀπὸ τῶν νεῶν πεζὸς, ὃς ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐμέλλησεν ἰέναι. καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Κεγχρειᾷ ξυμμα-

Chiis, (nam ex quatuor una ab Athenienſibus capta fuerat) quae ex Methymna cum Eubulo veniebant, quae tunc ab Athenienſibus interceptae, ſed, cum Mitylene capta eſt, elapſae, in ipſum inciderant, haud amplius Mitylenen contendit; ſed cum Ereſſum ad defectionem faciendam impuliſſet, & ſuarum etiam navium milites armaſſet, Eteonico duce illis praepoſito, Antiſſam & Methymnam verſus itinere terreſtri proficiſci iuſſit: ipſe quoque cum ſuis navibus & tribus Chiis eodem oram legens contendit, ſperans, Methymnaeos, conſpectis ſuis copiis, fiduciam animo concepturos, & in defectione permanſuros. Sed cum in Lesbo omnia ipſi adverſarentur, ſuis copiis in naves receptis, in Chium rediit. Peditatus etiam, qui navibus vehebatur, & qui in Helleſpontum traiecturus erat, rurſus in oppida ſe recepit. Poſt haec autem ex ſociali Peloponneſiorum claſſe, quae ad Cenchream ſtabat, ſex na-

χίδων Πελοποννησίων νεῶν ἀφικνοῦνται αὐτοῖς ἐξ μετὰ ταῦτα ἐς τὴν Χίον. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τά τε ἐν τῇ Λέσβῳ πάλιν κατεστήσαντο, καὶ πλεύσαντες ἐξ αὐτῆς, Κλαζομενίων τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίχναν τειχιζομένην ἑλόντες, διεκόμισαν πάλιν αὐτοὺς ἐς τὴν ἐν τῇ νήσῳ πόλιν, πλὴν τῶν αἰτίων τῆς ἀποστάσεως· οὗτοι δὲ ἐς Δαφνοῦντα ἀπῆλθον. καὶ αὖθις Κλαζομεναὶ προσεχώρησαν Ἀθηναίοις.

κδ΄. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, οἵ τ' ἐπὶ Μιλήτῳ Ἀθηναῖοι ταῖς εἴκοσι ναυσὶν ἐν τῇ Λάδῃ ἐφορμοῦντες, ἀπόβασιν ποιησάμενοι ἐς Πάνορμον τῆς Μιλησίας, Χαλκιδέα τε τὸν Λακεδαιμόνιον ἄρχοντα μετ' ὀλίγων παραβοηθήσαντα ἀποκτείνουσι, καὶ τροπαῖον τρίτῃ ἡμέρᾳ ὕστερον διαπλεύσαντες ἔστησαν· ὃ οἱ Μιλήσιοι, ὡς οὐ μετὰ κράτους τῆς γῆς σταθὲν, ἀνεῖλον. καὶ Λέων καὶ

ves in Chium ad ipsos venerunt. Athenienses vero res in Lesbo rursus constituerunt, & illinc profecti, Clazomeniorum urbem, nomine Polichnam, quam in continente muniebant, ceperunt, eósque rursus in urbem in insula sitam transportarunt, praeter defectionis auctores: isti enim Daphnuntem abierunt. Et denuo Clazomenae in Atheniensium ditionem concesserunt.

XXIV. Eadem aestate illi etiam Athenienses, qui cum viginti navibus apud Ladam stationem adversus Miletum habebant, copiis in terram expositis ad Panormum, agri Milesii oppidum, Chalcideum Lacedaemonium ducem, cum paucis occurrentem ad vim arcendam, interfecerunt; & tertio post die, erecto tropaeo, abierunt. Quod Milesii sustulerunt, ut ab illis erectum, qui agrum in suam potestatem nequaquam redegissent. Leon autem & Diomedon

Διομέδων ἔχοντες τὰς ἐκ Λέσβου Ἀθηναίων ναῦς, ἔκ τε Οἰνουσσῶν τῶν πρὸ Χίου νήσων, καὶ ἐκ Σιδούσσης, καὶ ἐκ Πτελεοῦ, ἃ ἐν τῇ Ἐρυθραίᾳ εἶχον τείχη, καὶ ἐκ τῆς Λέσβου ὁρμώμενοι, τὸν πρὸς τοὺς Χίους πόλεμον ἀπὸ τῶν νεῶν ἐποιοῦντο. εἶχον δὲ ἐπιβάτας τῶν ὁπλιτῶν ἐκ καταλόγου ἀναγκαστούς. καὶ ἔν τε Καρδαμύλῃ ἀποβάντες, καὶ ἐν Βολίσσῳ τοὺς προσβοηθήσαντας τῶν Χίων μάχῃ νικήσαντες, καὶ πολλοὺς διαφθείραντες, ἀνάστατα ἐποίησαν τὰ ταύτῃ χωρία. καὶ ἐν Φαναῖς αὖθις ἄλλῃ μάχῃ ἐνίκησαν, καὶ τρίτῃ ἐν Λευκωνίῳ. καὶ μετὰ τοῦτο οἱ μὲν Χῖοι ἤδη οὐκέτι ἐπεξῄεσαν, οἱ δὲ τὴν χώραν καλῶς κατεσκευασμένην, καὶ ἀπαθῆ οὖσαν ἀπὸ τῶν Μηδικῶν μέχρι τότε, διεπόρθησαν. Χῖοι γὰρ μόνοι μετὰ Λακεδαιμονίους, ὧν ἐγὼ ᾐσθόμην, εὐδαιμονήσαν-

cum Athenienſium navibus, quas ex Lesbo ſecum duxerant, ex Oenuſſis inſulis Chio adiacentibus, ex Siduſſa quoque, & Preleo, (quas urbes in agro Erythraeo obtinebant) atque ex Lesbo proficiſcentes, ex navibus bellum adverſus Chios adminiſtrabant. Habebant autem gravis armaturae milites legionarios, quos naves conſcendere coëgerant, ut earum eſſent defenſores. Et ad Cardamylam expoſitis in terram copiis, & ad Boliſſum Chiis proelio victis, multiſque caeſis, qui ad vim arcendam obviam ſibi proceſſerant, oppida in hac parte ſita everterunt. Et eoſdem Chios ad Phanas rurſus altero proelio, & tertio ad Leuconium vicerunt. Poſtea vero Chii quidem iam adverſus Athenienſes haud amplius prodire ſunt auſi: illi vero regionem egregie inſtructam, & a bello Medico ad id uſque tempus illaeſam, diripuerunt. Chii enim ſoli omnium, quos ego cognovi, poſt Lacedaemonios, ſimul & beati

τες, ἅμα καὶ ἐσωφρόνησαν, καὶ ὅσῳ ἐπεδίδου ἡ πόλις αὐτοῖς ἐπὶ τὸ μεῖζον, τόσῳ καὶ ἐκοσμοῦντο ἐχυρώτερον. καὶ οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀπόστασιν (εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον πρᾶξαι) πρότερον ἐτόλμησαν ποιήσασθαι ἢ μετὰ πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ξυμμάχων ἔμελλον κινδυνεύσειν, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ᾔσθάνοντο οὐδ' αὐτοὺς ἀντιλέγοντας ἔτι, μετὰ τὴν Σικελικὴν ξυμφορὰν, ὡς οὐ πάνυ πόνηρα σφῶν βεβαίως τὰ πράγματα εἴη. εἰ δέ τι ἐν τοῖς ἀνθρωπείοις τοῦ βίου παραλόγοις ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν, οἷς ταῦτα ἔδοξε τὰ τῶν Ἀθηναίων ταχὺ ξυναιρεθήσεσθαι, τὴν ἁμαρτίαν ξυνέγνωσαν. εἰργομένοις οὖν αὐτοῖς τῆς θαλάσσης, καὶ κατὰ γῆν πορθουμένοις, ἐνεχείρησάν τινες πρὸς Ἀθηναίους ἀγαγεῖν τὴν πόλιν· οὓς αἰσθόμενοι οἱ ἄρχοντες, αὐτοὶ μὲν ἡσύ-

& modesti exstiterunt, & quo magis ipsorum civitas crescebat, eo magis etiam modestiae operam dabant, ut magis essent muniti. Et ne ipsam quidem defectionem (si praeter id, quod ipsis tutum erat, hoc fecisse videntur) facere prius sunt ausi, quam una cum multis iisque fortibus sociis se belli fortunam periclitaturos existimarunt, & priusquam intellexerunt, ne ipsos quidem Athenienses amplius negare, post cladem in Sicilia acceptam, plane res suas pessime se habere. Quod si qua in re praeter suam opinionem lapsi sunt, (ut humanitus contingere solet) cum multis hoc peccatum ultro commiserunt, qui res Atheniensium a multis celeriter eversum iri putabant. Cum igitur illi maris usu prohiberentur, & terra diriperentur, quidam ex ipsorum civibus urbem Atheniensibus tradere sunt conati. Magistratus autem, quamvis horum consilia sensissent, ipsi tamen quieverunt: sed Astyochum navar-

χασαν, Ἀστύοχον δὲ ἐξ Ἐρυθρῶν τὸν ναύαρχον μετὰ τεσσάρων νεῶν, αἳ παρῆσαν αὐτῷ, κομίσαντες, ἐσκόπουν ὅπως μετριώτατα ἢ ὁμήρων λήψει, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ καταπαύσωσι τὴν ἐπιβουλήν. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἔπρασσον.

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 342. Post Sept. 3.

κέ. Ἐκ δὲ τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ αὐτοῦ θέρους τελευτῶντος, χίλιοι ὁπλῖται τῶν Ἀθηναίων καὶ πεντακόσιοι, καὶ χίλιοι Ἀργείων (τοὺς γὰρ πεντακοσίους τῶν Ἀργείων ψιλοὺς ὄντας ὥπλισαν οἱ Ἀθηναῖοι) καὶ χίλιοι τῶν ξυμμάχων, ναυσὶ δυοῖν δεούσαις πεντήκοντα, ὧν ἦσαν καὶ ὁπλιταγωγοὶ, Φρυνίχου καὶ Ὀνομακλέους καὶ Σκιρωνίδου στρατηγούντων, κατέπλευσαν ἐς Σάμον, καὶ διαβάντες ἐς Μίλητον ἐστρατοπεδεύσαντο. Μιλήσιοι δὲ ἐξελθόντες, αὐτοί τε ὀκτακόσιοι ὁπλῖται, καὶ οἱ μετὰ Χαλκιδέως ἐλθόντες Πελοποννήσιοι, καὶ Τισσαφέρνους

chum, cum quatuor navibus, quae ipſi aderant, Erythris arceſſitum, in urbem adducentes, cum eo conſultare coeperunt, ut, vel obſidibus acceptis, vel alio aliquo modo, quam moderatiſſime inſidias compeſcerent. Et Chii quidem haec agebant.

XXV. Eadem autem aeſtate extrema, mille & quingenti gravis armaturae milites Athenienſium, & mille Argivorum, (Athenienſes enim quingentos Argivorum levis armaturae milites iuſtis armis iuſtruxerant) & ſociorum mille, cum navibus duodequinquaginta, quarum aliquot erant ad armatos portandos, ducibus Phrynicho & Onomacle & Scironida, Athenis in Samum traiecerunt, & in Miletum tranſgreſſi, caſtra poſuerunt. Mileſii vero adverſus eos egreſſi, cum ipſi, qui erant octingenti gravis armaturae milites, tum Peloponneſii, qui cum Chalcideo

τι ξενικὸν ἐπικουρικὸν, καὶ αὐτὸς Τισσαφέρνης παρὼν, καὶ ἡ ἵππος αὐτοῦ, ξυνέβαλον τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ξυμμάχοις. καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρᾳ προεξάξαντες, καὶ καταφρονήσαντες, ὡς ἐπὶ Ἴωνάς τε καὶ οὐ δεξομένους ἀτακτότερον χωροῦντες, νικῶνται ὑπὸ τῶν Μιλησίων, καὶ διαφθείρονται αὐτῶν ὀλίγῳ ἐλάσσους τριακοσίων ἀνδρῶν. Ἀθηναῖοι δὲ τούς τε Πελοποννησίους πρώτους νικήσαντες, καὶ τοὺς βαρβάρους καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον ὠσάμενοι, τοῖς Μιλησίοις οὐ ξυμμίξαντες, ἀλλ᾽ ὑποχωρησάντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς τῶν Ἀργείων τροπῆς ἐς τὴν πόλιν, ὡς ἑώρων τὸ ἄλλο σφῶν ἡσσώμενον, πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τῶν Μιλησίων κρατοῦντες ἤδη τὰ ὅπλα τίθενται. καὶ ξυνέβη ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ τοὺς Ἴωνας ἀμφοτέρων τῶν Δωριέων κρατῆσαι. τούς τε γὰρ κατὰ σφᾶς Πελοποννησίους οἱ Ἀθηναῖοι ἐνίκων,

venerant, tum etiam quaedam peregrina Tiſſaphernis auxilia, quin etiam ipſe Tiſſaphernes praeſens, & ipſius equitatus, proelium cum Athenienſibus ſociiſque commiſerunt. Et Argivi quidem, qui ſuo cornu proelii initium fecerant, & qui contemtis hoſtibus, ut adverſus Iones, & eos, qui ſuum impetum laturi non eſſent, ordinibus non ſervatis pergebant, a Mileſiis ſuperati fuerunt, & paulo pauciores trecentis ex ipſis caeſi fuerunt. Athenienſes vero, cum initio Peloponneſios viciſſent, & barbaros ac ceteram turbam loco pepuliſſent, cum Mileſiis non ſunt congreſſi: ſed cum ipſi Mileſii poſt fugatos Argivos in urbem ſe recepiſſent, cum alterum ſuorum cornu ſuperatum vidiſſent, Athenienſes ad ipſam Mileſiorum urbem iam victores caſtra poſuerunt. In hoc autem proelio contigit, ut Iones utrinque Dorienſes vincerent. Nam & Athenienſes vicerunt Pe-

καὶ τοὺς Ἀργείους οἱ Μιλήσιοι. στήσαντες δὲ τροπαῖον, τὸν περιτειχισμὸν, ἰσθμώδους ὄντος τοῦ χωρίου, οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο· νομίζοντες, εἰ προσαγάγοιντο Μίλητον, ῥᾳδίως ἂν σφίσι καὶ τὰ ἄλλα προσχωρήσειν.

κϛʹ. Ἐν τούτῳ δὲ, περὶ δείλην ἤδη ὀψίαν, ἀγγέλλεται αὐτοῖς τὰς ἀπὸ Πελοποννήσου καὶ Σικελίας πέντε καὶ πεντήκοντα ναῦς ὅσονοὺ παρεῖναι. τῶν τε γὰρ Σικελιωτῶν, (Ἑρμοκράτους τοῦ Συρακουσίου μάλιστα ἐνάγοντος ξυνεπιλαβέσθαι τῆς ὑπολοίπου Ἀθηναίων καταλύσεως) εἴκοσι νῆες Συρακουσίων ἦλθον, καὶ Σελινούντιαι δύο· αἵ τε ἐκ Πελοποννήσου, ἃς παρεσκευάζοντο, ἕτοιμοι ἤδη οὖσαι, καὶ Θηραμένει τῷ Λακεδαιμονίῳ ξυναμφότεραι ὡς Ἀστύοχον τὸν ναύαρχον προσταχθεῖσαι κομίσαι, κατέπλευσαν ἐς Ἐλεὸν πρῶτον τὴν

loponnesios in acie sibi oppositos, & Argivos Milesii. Athenienses autem erecto tropaeo, ad urbem circumvallandam sese praeparabant, quod locus ille in isthmi modum esset angustus: existimantes, si Miletum in suam potestatem redegissent, cetera quoque oppida in suam ditionem facile ventura.

XXVI. Interea vero, iam sub vespertinum crepusculum, ipsis nuntiatur, quinque & quinquaginta Peloponnesiorum & Siculorum naves tantum non adesse. Nam Hermocrate Syracusano potissimum Sicilienses instigante ad belli reliquias persequendas, ut Atheniensium imperium everterent, viginti naves Syracusanorum & duae Selinuntiae veniebant. Et Peloponnesiorum naves, quae instruebantur, iam paratae erant. Therameni autem Lacedaemonio praeceptum fuerat, ut has utrasque classes ad Astyochum navarchum deduceret, quae primum in Eleum insulam Mileto adiacentem traiecerunt. Mox illinc, cum ac-

πρὸ Μιλήτου νῆσον. ἔπειτα ἐκεῖθεν αἰσθόμενοι ἐπὶ Μιλήτῳ ὄντας Ἀθηναίους, ἐς τὸν Ἰασικὸν κόλπον πρότερον πλεύσαντες, ἐβούλοντο εἰδέναι τὰ περὶ τῆς Μιλήτου. ἐλθόντος δὲ Ἀλκιβιάδου ἵππῳ ἐς Τειχιοῦσσαν τῆς Μιλησίας, ᾗπερ τοῦ κόλπου πλεύσαντες ηὐλίσαντο, πυνθάνονται τὰ περὶ τῆς μάχης. παρῆν γὰρ καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ ξυνεμάχετο τοῖς Μιλησίοις καὶ Τισσαφέρνει· καὶ αὐτοῖς παρῄνει, εἰ μὴ βούλονται τά τε ἐν Ἰωνίᾳ καὶ τὰ ξύμπαντα πράγματα διολέσαι, ὡς τάχιστα βοηθεῖν Μιλήτῳ, καὶ μὴ περιϊδεῖν ἀποτειχισθεῖσαν.

κζ΄. Καὶ οἱ μὲν ἅμα τῇ ἕῳ ἔμελλον βοηθήσειν. Φρύνιχος δὲ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, ὡς ἀπὸ τῆς Δέρου ἐπύθετο τὰ τῶν νεῶν, σαφῶς βουλομένων τῶν ξυναρχόντων ὑπομείναντας διαναυμαχεῖν, οὐκ ἔφη οὔτ' αὐτὸς

cepiſſent Athenienſes in Mileto eſſe, in Iaſicum ſinum prius navigarunt, quod ſcire vellent, quid rerum apud Miletum gereretur. Cum autem Alcibiades equo vectus ad Tichiuſſam, agri Meleſii caſtellum, veniſſet, ad quam ſinus partem Peloponneſii appulſi ſtationem habebant, res in proelio geſtas intellexerunt. Nam & Alcibiades proelio interfuerat, & cum Mileſiis & Tiſſapherne in acie adverſus hoſtes ſteterat. Hic autem ipſis ſuaſit, ut, niſi & Ioniam & ceteras omnes res amittere vellent, opem quam celerrime Mileto ferrent, neve per ſuam negligentiam, illam ab hoſte circumvallari paterentur.

XXVII. Atque illi quidem huic prima luce ſtatim ſuccurrere ſtatuerunt. Phrynichus vero Athenienſium dux, ubi ex Dero de claſſis hoſtilis adventu certior factus fuiſſet, cum ipſius collegae eam exſpectare vellent, ut navale proelium committerent, negavit aut ſe hoc facturum,

ποιήσειν τοῦτο, οὔτ' ἐκείνοις οὔτ' ἄλλῳ οὐδενὶ ἐς δύναμιν ἐπιτρέψειν. ὅπου γὰρ ἔξεστιν ἐν ὑστέρῳ, σαφῶς εἰδότας πρὸς ὁπόσας τε ναῦς πολεμίας, καὶ ὅσαις πρὸς αὐτὰς ταῖς σφετέραις, ἱκανῶς καὶ καθ' ἡσυχίαν παρασκευασαμένοις ἔσται ἀγωνίσασθαι, οὐδέποτε τῷ αἰσχρῷ ὀνείδει εἴξας ἀλόγως διακινδυνεύσειν. οὐ γὰρ αἰσχρὸν εἶναι Ἀθηναίους ναυτικῷ μετὰ καιροῦ ὑποχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ὁτουοῦν τρόπου αἴσχιον ξυμβήσεσθαι, ἢν ἡσσηθῶσι· καὶ τὴν πόλιν οὐ μόνον τῷ αἰσχρῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ μεγίστῳ κινδύνῳ περιπίπτειν, ᾗ μόγις ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις ξυμφοραῖς ἐνδέχεσθαι μετὰ βεβαίου παρασκευῆς καθ' ἑκουσίαν, ἢ πάνυ γε ἀνάγκῃ προτέρᾳ ποι ἐπιχειρεῖν, ποῦ δὴ μὴ βιαζομένῃ γε, πρὸς αὐθαιρέτους κινδύνους ἰέναι; ὡστάχιστα δὲ ἐκέλευε τούς τε τραυματίας ἀναλαβόντας, καὶ τὸν πεζὸν, καὶ τῶν σκευῶν ὅσα

aut, quoad poſſet, illis aut alii cuiquam hoc facere permiſſurum. Cum enim aliquanto poſt (ubi plane cognoviſſent, adverſus quot hoſtiles naves, & quo ſuarum ſufficienter & per otium inſtructarum numero adverſus eas certandum eſſet) confligere liceret, ſe nunquam adductum iri dicebat, ut turpi fugae probro cedens belli fortunam temere periclitaretur. Nec enim turpe eſſe, Athenienſes cum claſſe ad tempus cedere, ſed longe turpius fore, ſi, quomodocunque res contingeret, vincerentur, & reſpublica non ſolum in dedecus, ſed etiam in maximum periculum incideret. cui cum propter clades acceptas vix liceat cum firmo apparatu ſua ſponte, vel etiam magna neceſſitate coactae aliquos aggredi; iam vero quomodo ei non coactae pericula ſua ſponte ſuſcipere liceret? Itaque iubebat illos aſſumtis fauciis, & peditatu, omnique inſtrumento,

ἦλθον ἔχοντες, ἃ δ' ἐκ τῆς πολεμίας εἰλήφασι, καταλιπόντας, ὅπως κοῦφαι ὦσιν αἱ νῆες, ἀποπλεῖν ἐς Σάμον· κἀκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας πάσας τὰς ναῦς, τοὺς ἐπίπλους, ἤν που καιρὸς εἴη, ποιεῖσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε, [καὶ ἔδρασε] ταῦτα, καὶ ἔδοξεν οὐκ ἐν τῷ αὐτίκα μᾶλλον ἢ ὕστερον, οὐκ ἐς τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ ἐς ὅσα ἄλλα Φρύνιχος κατέστη, οὐκ ἀξύνετος εἶναι. καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι ἀφ' ἑσπέρας εὐθὺς τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀτελεῖ τῇ νίκῃ ἀπὸ τῆς Μιλήτου ἀνέστησαν. καὶ οἱ Ἀργεῖοι κατὰ τάχος καὶ πρὸς ὀργὴν τῆς ξυμφορᾶς ἀπέπλευσαν ἐκ τῆς Σάμου ἐπ' οἴκου.

κη'. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἅμα τῇ ἕῳ ἐκ τῆς Τειχιούσσης ἄραντες, ἐπικατάγονται, καὶ μείναντες ἡμέραν μίαν, τῇ ὑστεραίᾳ καὶ τὰς Χίας ναῦς προσλαβόν-

quod secum attulerant, ceteris vero rebus, quas ex hostico cepissent, relictis, ut naves levarentur, in Samum quam velocissime navigare: illinc autem iam navibus in unum contractis, incursiones in hostem facere, sicubi tempus opportunum foret. Cum autem Phrynichus suis collegis haec persuasisset, ac fecisset, non magis in praesentia quam in posterum, nec in hoc tantum, sed etiam in omnibus aliis negotiis, quae ipsi delegata fuerunt, non imprudens est habitus. Hunc igitur in modum Athenienses statim sub vesperam, imperfecta victoria, castris motis a Mileto discesserunt. Argivi vero, propter cladem acceptam irati, ex Samo domum celeriter abierunt.

XXVIII. Peloponnesii autem ipso statim diluculo, castris e Tichiussa motis, post Atheniensium discessum, ad Miletum appellunt, & unum diem illic morati, postridie assumtis etiam navibus Chiis, quas cum Chalcideo venien-

τες τὰς μετὰ Χαλκιδέως τοπρῶτον ξυγκαταδιωχθείσας, ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη ἃ ἐξείλοντο ἐς Τειχιοῦσσαν πάλιν. καὶ ὡς ἦλθον, Τισσαφέρνης τῷ πεζῷ παρελθὼν, πείθει αὐτοὺς ἐπὶ Ἴασον, ἐν ᾗ Ἀμόργης πολέμιος ὢν κατεῖχε, πλεῦσαι. καὶ προσβαλόντες τῇ Ἰάσῳ αἰφνίδιοι, καὶ οὐ προσδεχομένων ἀλλ' ἢ Ἀττικὰς ναῦς εἶναι, αἱροῦσι. καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Συρακούσιοι ἐπῃνέθησαν, καὶ τόν τε Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες Πισσούθνου νόθον υἱὸν, ἀφεστῶτα δὲ βασιλέως, παραδιδόασιν οἱ Πελοποννήσιοι Τισσαφέρνει ἀπαγαγεῖν (εἰ βούλεται) βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε. καὶ τὴν Ἴασον διεπόρθησαν, καὶ χρήματα πάνυ πολλὰ ἡ στρατιὰ ἔλαβε. παλαιόπλουτον γὰρ ἦν τὸ χωρίον. τούς τ' ἐπικούρους τοὺς περὶ τὸν Ἀμόργην παρὰ

tes hoſtium claſſis ante fuerat inſecuta, ſtatuerunt ad Tichiuſſam redire, ut inſtrumentum, quod ex navibus exportatum illic repoſuerant, aſſumerent. Cum autem illuc perveniſſent, Tiſſaphernes cum ſuo peditatu ad illos acceſſit, ipſiſque perſuaſit, ut adverſus Iaſum (ubi Amorges, qui regis, a quo defecerat, hoſtis erat, ſe continebat) navigarent. Iaſum autem repente aggreſſi, & oppidanis non opinantibus alias eſſe, quam Atticas naves, ceperunt. In hoc autem opere praecipua fuit Syracuſanorum laus. Cum igitur Peloponneſii Amorgem, Piſſuthnae filium nothum, qui a rege defecerat, vivum cepiſſent, Tiſſapherni tradiderunt, ut eum, ſi vellet, ad regem abduceret, quemadmodum ipſi rex imperaverat. Iaſumque diripuerunt, & exercitus maxima pecuniae vi potitus eſt. Hoc enim oppidum a priſcis uſque temporibus locuples erat. Ceterum auxilia, quae Amorges circa ſe habuerat, Peloponneſii ad ſe ipſos

σφᾶς αὐτοὺς κομίσαντες, καὶ οὐκ ἀδικήσαντες, ξυνέταξαν, ὅτι ἦσαν οἱ πλεῖστοι ἐκ Πελοποννήσου· τό, τε πόλισμα Τισσαφέρνει παραδόντες, καὶ τὰ ἀνδράποδα πάντα καὶ δοῦλα καὶ ἐλεύθερα, ὧν καθ' ἕκαστον στατῆρα Δαρεικὸν παρ' αὐτοῦ ξυνέβησαν λαβεῖν. ἔπειτα ἀνεχώρησαν ἐς τὴν Μίλητον. καὶ Πεδάριτόν τε τὸν Λέοντος ἐς τὴν Χίον ἄρχοντα Λακεδαιμονίων πεμψάντων, ἀποστέλλουσι πεζῇ μέχρι Ἐρυθρῶν, ἔχοντα τὸ παρὰ Ἀμόργου ἐπικουρικὸν, καὶ ἐς τὴν Μίλητον αὐτοῦ Φίλιππον καθιστᾶσι. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

κθ'. Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος, ἐπειδὴ τὴν Ἴασον κατεστήσατο ὁ Τισσαφέρνης ἐς φυλακὴν, παρῆλθεν ἐς τὴν Μίλητον, καὶ μηνὸς μὲν τροφὴν (ὥσπερ ὑπέστη ἐν τῇ Λακεδαίμονι) ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πάσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε, τοῦ δὲ λοιποῦ χρόνου ἐβούλετο Post Oct. 2.

traducta, nulloque maleficio affecta, suis ordinibus admiscuerunt, quod eorum plerique essent Peloponnesii. Cum autem id oppidum Tissapherni tradidissent, omnesque captivos, tam servos, quam liberos, pactione cum illo facta, ut in singula capita singulos stateres Daricos sibi numeraret, postea Miletum redierunt. Et illinc Pedaritum Leontis filium, quem Lacedaemonii magistratum in Chium miserant, ad Erythras usque itinere pedestri mittunt, cum iis copiis auxiliaribus, quas circa se Amorges habuerat, & Philippum illic Mileto praeficiunt. Atque haec aestas excessit.

XXIX. Insequenti autem hieme Tissaphernes, posteaquam Iasum praesidio munivit, Miletum advenit, & (quemadmodum Lacedaemone promiserat) menstruum stipendium navibus omnibus numeravit, singulas drachmas Atticas viritim: in reliquum vero tempus ternos obolos

τριώβολον διδέναι, ἕως ἂν βασιλέα ἐπέρηται. ἢν δὲ κελεύῃ, ἔφη δώσειν ἐντελῆ τὴν δραχμήν. Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος τοῦ Συρακουσίου στρατηγοῦ (ὁ γὰρ Θηραμένης οὐ ναύαρχος ὢν, ἀλλ' Ἀστυόχῳ παραδοῦναι τὰς ναῦς ξυμπλέων, μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ) ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν. ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός· καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσῳ πλείους νῆες ἦσαν τούτου τοῦ ἀριθμοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦτον ἐδίδοτο.

λ'. Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος, τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίοις, προσαφιγμέναι γὰρ ἦσαν καὶ οἴκοθεν ἄλλαι νῆες πέντε καὶ τριάκοντα, καὶ στρατηγοὶ, Χαρμῖνος καὶ Στρομβιχίδης καὶ Εὐκτήμων, καὶ τὰς ἀπὸ Χίου πά-

quotidie ſingulis remigibus perſolvere volebat, donec regem conſuluiſſet. Dicebat autem, ſe integras drachmas ſingulis perſoluturum, ſi rex iuſſiſſet. Verum Hermocrate Syracuſanorum duce contradicente, (Theramenes enim, quod ipſe non eſſet navarchus, ſed ad tradendam Aſtyocho claſſem cum illis navigaret, in ſtipendii exactione remiſſior erat) tamen inter eos convenit, ut, praeter quinque naves, pluſquam terni oboli viritim perſolverentur. Nam quinque & quinquaginta navibus terna talenta in ſingulos menſes dabat: ceteriſque navibus, quae ultra hunc numerum erant, ad hanc ipſam rationem pro rata portione ſolvebatur.

XXX. Hac eadem hieme Athenienſes, qui apud Samum agebant, (ad eos enim domo praeterea venerant & aliae quinque & triginta naves, & earum duces, Charminus & Strombichides & Euctemon) omnibus navibus,

πὰς καὶ τὰς ἄλλας ξυναγαγόντες, ἐβούλοντο, διακληρωσάμενοι, ἐπὶ μὲν τῇ Μιλήτῳ τῷ ναυτικῷ ἐφορμεῖν, πρὸς δὲ τὴν Χίον καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πέμψαι. καὶ ἐποίησαν οὕτω. Στρομβιχίδης μὲν γὰρ καὶ Ὀνομακλῆς καὶ Εὐκτήμων, τριάκοντα ναῦς ἔχοντες, καὶ τῶν ἐς Μίλητον ἐλθόντων χιλίων ὁπλιτῶν μέρος ἀγαγόντες ἐν ναυσὶν ὁπλιταγωγοῖς, ἐπὶ Χίον λαχόντες ἔπλεον, οἱ δ' ἄλλοι ἐν Σάμῳ μένοντες, τέσσαρσι καὶ ἑβδομήκοντα ναυσὶν ἐθαλασσοκράτουν, καὶ ἐπίπλουν τῇ Μιλήτῳ ἐποιοῦντο.

λα'. Ὁ δ' Ἀστύοχος, ὡς τότε ἐν τῇ Χίῳ ἔτυχε διὰ τὴν προδοσίαν τοὺς ὁμήρους καταλεγόμενος, τούτου μὲν ἐπέσχεν, ἐπειδὴ ᾔσθετο τάς τε μετὰ Θηραμένους ναῦς ἡκούσας, καὶ τὰ περὶ τὴν ξυμμαχίαν βελτίω ὄντα· λαβὼν δὲ ναῦς, τάς τε Πελοποννησίων δέκα, καὶ Χίας

tam illis, quae ex Chio, quam aliis, quae aliunde venerant, in unum contractis, belli provincias inter se sortiti, Miletum quidem navalibus copiis oppugnare, sed adversus Chium & navales & pedestres copias mittere statuerunt. Quod etiam fecerunt. Nam Strombichides quidem & Onomacles & Euctemon, cum triginta navibus, quas habebant, & cum parte gravis armaturae militum ad Miletum profectorum, quos secum ducebant in actuariis navigiis, in Chium sortito navigarunt. Ceteri vero ipsorum collegae apud Samum remanentes, cum quatuor ac septuaginta navibus mare obtinebant, & classis incursionibus Miletum infestabant.

XXXI. Astyochus vero, ut per id tempus apud Chium obsides propter proditionis metum deligebat, ab hac quidem re abstinuit, postquam intellexit, classem cum Theramene venire, & res sociorum in melius proficere. As-

δέκα, ἀνάγεται. καὶ προσβαλὼν Πτελεῷ, καὶ οὐχ ἑλὼν, παρέπλευσεν ἐπὶ Κλαζομενάς· καὶ ἐκέλευεν αὐτῶν τοὺς τὰ Ἀθηναίων φρονοῦντας ἀνοικίζεσθαι ἐς τὸν Δαφνοῦντα, καὶ προσχωρεῖν σφίσι. ξυνεκέλευε δὲ καὶ Τάμως, Ἰωνίας ὕπαρχος ὤν. ὡς δ' οὐκ ἐσήκουον, ἐσβολὴν ποιησάμενος τῇ πόλει οὔσῃ ἀτειχίστῳ, καὶ οὐ δυνάμενος ἑλεῖν, ἀπέπλευσεν ἀνέμῳ μεγάλῳ, αὐτὸς μὲν ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην, αἱ δὲ ἄλλαι νῆες κατῆραν ἐς τὰς ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομεναῖς νήσους, Μαράθουσαν, καὶ Πήλην, καὶ Δρίμυσσαν. καὶ ὅσα ὑπεξέκειτο αὐτόθι τῶν Κλαζομενίων, ἡμέρας ἐμμείναντες, διὰ τοὺς ἀνέμους, ὀκτὼ, τὰ μὲν διήρπασαν καὶ ἀνάλωσαν, τὰ δὲ ἐσβαλλόμενοι ἀπέπλευσαν ἐς Φώκαιαν καὶ Κύμην, ὡς Ἀστύοχον.

ſumtis autem decem Peloponneſiacis navibus, totidemque Chiis, in altum vela fecit. Cum autem Pteleum adortus fuiſſet, nec expugnaſſet, Clazomenas traiecit: & iuſſit eos, qui ex ipſis Clazomeniis cum Athenienſibus ſentiebant, Daphnuntem, in loca mediterranea migrare, & ad ſuas partes tranſire. Tamus etiam Ioniae praetor idem iubebat. Sed cum illi imperata facere nollent, urbem nullis muris cinctam adortus, cum eam expugnare non poſſet, ipſe quidem Phocaeam & Cumam ingenti vento delatus petiit: ceterae vero naves ad Marathuſam, Pelen, & Drimyſſam, inſulas Clazomenis adiacentes, appulerunt. Cum autem dies octo, propter contrarios ventos illic morati fuiſſent, res omnes, quaecunque illic erant expoſitae, quae ad Clazomenios pertinebant, partim quidem diripuerunt & conſumſerunt, partim vero in ſuas naves impoſuerunt, & Phocaeam & Cumam ad Aſtyochum redierunt.

λβ΄. Ὄντος δ' αὐτοῦ ἐνταῦθα, Λεσβίων πρέσβεις ἀφικνοῦνται, βουλόμενοι ἀποστῆναι· καὶ αὐτὸν μὲν πείθουσιν, ὡς δ' οἵ τε Κορίνθιοι καὶ οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι ἀπρόθυμοι ἦσαν διὰ τὸ πρότερον σφάλμα, ἄρας ἔπλει ἐπὶ τῆς Χίου. καὶ χειμασθεισῶν τῶν νεῶν, ὕστερον ἀφικνοῦνται ἄλλαι ἄλλοθεν ἐς τὴν Χίον. καὶ μετὰ τοῦτο Παιδάριτος τότε παριὼν πεζῇ ἐκ τῆς Μιλήτου, γενόμενος ἐν Ἐρυθραῖς, διαπεραιοῦται αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ ἐς Χίον. ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἐκ τῶν πέντε νεῶν στρατιῶται ὑπὸ Χαλκιδέων ὡς ἐς πεντακοσίους ξὺν ὅπλοις καταλειφθέντες. ἐπαγγελλομένων δέ τινων Λεσβίων τὴν ἀπόστασιν, προσφέρει τῷ τε Παιδαρίτῳ καὶ τοῖς Χίοις Ἀστύοχος λόγον ὡς χρὴ παραγενομένους ταῖς ναυσὶν, ἀποστῆσαι τὴν Λέσβον. ἢ γὰρ ξυμμάχους

XXXII. Dum autem Aſtyochus hic eſſet, Lesbiorum legati ad eum venerunt, qui defectionem ab Athenienſibus ad Lacedaemonios facere volebant. Et ei quidem rem perſuaſerunt: ſed cum & Corinthii & ceteri ſocii, propter ſuperiorem cladem, minus eſſent promti, illinc ſolvens, in Chium navigare coepit. Quamvis autem naves tempeſtate disiectae fuiſſent, poſtea tamen aliae aliunde in Chium pervenerunt. Poſtea vero Paedaritus, qui fuerat apud Erythras, tunc itinere pedeſtri ex Mileto profectus, cum ipſe tum ipſius exercitus in Chium traiecit. Habebat autem & ex quinque navibus ad quingentos milites cum armis a Chalcidenſibus relictos. Cum autem quidam Lesbiorum ſe defectionem ab Athenienſibus facturos pollicerentur, Aſtyochus rem cum Praedarito Chiiſque communicavit, ac dixit, in Lesbum cum claſſe ſibi proficiſcendum eſſe, ut eam ad defectionem faciendam inducerent. Nam

πλείους σφᾶς ἕξειν, ἢ τοὺς Ἀθηναίους, ἤν τι σφάλλωνται, κακώσειν. οἱ δ' οὐκ ἐσήκουον· οὐδὲ τὰς ναῦς ὁ Παιδάριτος ἔφη τῶν Χίων αὐτῷ προήσειν.

λγ'. Κἀκεῖνος λαβὼν τάς τε τῶν Κορινθίων πέντε, καὶ ἕκτην Μεγαρίδα, καὶ μίαν Ἑρμιονίδα, καὶ ἃς αὐτὸς Λακωνικὰς ἦλθεν ἔχων, ἔπλει ἐπὶ τῆς Μιλήτου πρὸς τὴν ναυαρχίαν, πολλὰ ἀπειλήσας τοῖς Χίοις, ἦ μὴν μὴ ἐπιβοηθήσειν ἤν τι δέωνται. καὶ προσβαλὼν Κωρύκῳ τῆς Ἐρυθραίας, ἐνηυλίσατο. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Σάμου Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν Χίον πλέοντες τῇ στρατιᾷ, καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα λόφου διείργοντο, καὶ καθωρμίσαντο, καὶ ἐλελήθεσαν ἀλλήλους. ἐλθούσης δὲ παρὰ Παιδαρίτου ἐπιστολῆς, ὡς Ἐρυθραίων ἄνδρες αἰχμάλωτοι ἐκ Σάμου ἐπὶ προδοσίᾳ ἐς Ἐρυθρὰς ἥκουσιν ἀφειμένοι.

fore dicebat, ut vel plus sociorum sibi compararent, vel certe (si quid minus succederet) Athenienses vexarent. Sed illi morem ipsi gerere noluerunt. Negavitque Paedaritus se Chiorum naves ipsi permissurum.

XXXIII. Ille vero, assumtis quinque Corinthiacis, & sexta Megarica, & una Hermionica, & Laconicis illis, quas ipse secum duxerat, Miletum ad suam navarchiam abiit, multa Chiis minatus, se videlicet nequaquam ipsis opem esse laturum, si qua ope indigerent. Cum autem ad Corycum orae Erythraeae appulisset, illic stationem habuit. Athenienses vero, qui cum copiis ex Samo in Chium navigabant, ipsi quoque ad alteram collis partem ab hoste dirimebantur, & illuc appulerunt, & alteri alteros latuerunt. Astyochus autem, cum epistolam a Paedarito missam accepisset, quae significabat, quosdam Erythraeos captivos, ex Samo dimissos, Erythras ad moliendam proditionem ve-

ἀνάγεται ὁ Ἀστύοχος εὐθὺς ἐς τὰς Ἐρυθρὰς πάλιν. καὶ παρὰ τοσοῦτον [ἐγένετο] αὐτῷ μὴ περιπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις. διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Παιδάριτος παρ' αὐτῶν, καὶ ἀναζητήσαντες τὰ περὶ τῶν δοκούντων προδιδόναι, ὡς εὗρον ἅπαν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς Σάμου προφασισθὲν, ἀπολύσαντες τῆς αἰτίας, ἀπέπλευσαν· ὁ μὲν ἐς τὴν Χίον, ὁ δὲ ἐς τὴν Μίλητον ἐκομίσθη, ὥσπερ διενοεῖτο.

λδ'. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων στρατιὰ ταῖς ναυσὶν ἐκ τοῦ Κωρύκου περιπλέουσα κατ' Ἀργῖνον, ἐπιτυγχάνει τρισὶ ναυσὶ τῶν Χίων μακραῖς, καὶ ὥσπερ ἰδόντες αὐτὰς ἐπεδίωκον· καὶ χειμών τε μέγας ἐπιγίγνεται, καὶ αἱ μὲν τῶν Χίων μόγις καταφεύγουσιν ἐς τὸν λιμένα, αἱ δὲ τῶν Ἀθηναίων, αἱ μὲν μάλιστα ὁρμή-

nisse, confestim Erythras iterum est revectus. Ac parum abfuit, quin incideret in Athenienses. Paedaritus etiam ab ipsis Chiis, apud quos erat, digressus, ad Astyochum traiecit, & simul habita quaestione de iis, qui proditionem moliri videbantur, ubi compertum habuerunt, rem totam a captivis, qui ad Samum detinebantur, confictam fuisse, ut hac speciosa proditionis moliendae causa ex hostium manibus evaderent, ac suae saluti consulerent, illis crimine liberatis, abierunt. Et alter quidem in Chium, alter vero Miletum se recepit, quemadmodum destinarat.

XXXIV. Interea vero & Atheniensium classis, quae e Coryco prope Arginum circumvehebatur, incidit in tres naves longas Chiorum; & simul ac eas conspexerunt, confestim insequi coeperunt. & ingens tempestas est exorta, & Chiorum quidem naves in portum aegre confugerunt: Atheniensium vero tres naves, quae ante alias lon-

σασαι τρεῖς διαφθείρονται, καὶ ἐκπίπτουσι πρὸς τὴν πόλιν τῶν Χίων, καὶ ἄνδρες, οἱ μὲν ἁλίσκονται, οἱ δ' ἀποθνήσκουσιν· αἱ δ' ἄλλαι καταφεύγουσιν ἐς τὸν ὑπὸ τῷ Μίμαντι λιμένα, Φοινικοῦντα καλούμενον. ἐντεῦθεν δ' ὕστερον ἐς τὴν Λέσβον καθορμισάμενοι, παρεσκευάζοντο ἐς τὸν τειχισμόν.

λε'. Ἐκ δὲ τῆς Πελοποννήσου τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος Ἱπποκράτης ὁ Λακεδαιμόνιος ἐκπλεύσας δέκα μὲν Θουρίαις ναυσὶν, ὧν ἦρχε Δωριεὺς ὁ Διαγόρου, τρίτος αὐτὸς, μιᾷ δὲ Λακωνικῇ, μιᾷ δὲ Συρακουσίᾳ καταπλεῖ ἐς Κνίδον· ἡ δ' ἀφειστήκει ἤδη ἀπὸ Τισσαφέρνους. καὶ αὐτοὺς οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ, ὡς ᾔσθοντο, ἐκέλευον ταῖς μὲν ἡμισείαις τῶν νεῶν Κνίδον φυλάσσειν, ταῖς δὲ περὶ Τριόπιον οὔσαις τὰς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάδας προσβαλλούσας ξυλλαμβάνειν. ἔστι δὲ τὸ Τριόπιον ἄκρα τῆς Κνι-

giſſime procurrerant, perierunt, & ad Chiorum urbem eiectae fuerunt, virique partim capti, partim interfecti fuerunt; ceterae vero in portum Mimanti ſubiectum, nomine Phoenicuntem, fuga ſe receperunt. Poſtea vero Athenienſes hinc ad Lesbum appulſi, ad munitiones excitandas ſe praeparabant.

XXXV. Eadem hieme Hippocrates Lacedaemonius, ex Peloponneſo profectus cum decem navibus Thuriis, quibus praeerat Dorieus Diagorae filius cum duobus aliis collegis, item cum una Laconica, & altera Syracuſana, in Cnidum traiecit. Haec autem a Tiſſapherne iam defecerat. Qui autem apud Miletum erant, cum horum adventum ſenſiſſent, iuſſerunt dimidium claſſis Cnidum tueri; eas vero naves, quae ad Triopium ſtabant, onerariis cum frumento ex Aegypto venientibus ſuccurrere. Eſt autem Trio-

δίας προὔχουσα, Ἀπόλλωνος ἱερόν. πυθόμενοι δὲ οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ πλεύσαντες ἐκ τῆς Σάμου, λαμβάνουσι τὰς ἐπὶ Τριοπίῳ Φρουρούσας ἓξ ναῦς· οἱ δ' ἄνδρες ἀποφεύγουσιν ἐξ αὐτῶν. καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὴν Κνίδον καταπλεύσαντες, καὶ προσβαλόντες τῇ πόλει ἀτειχίστῳ οὔσῃ, ὀλίγου εἷλον. τῇ δ' ὑστεραίᾳ αὖθις προσέβαλλον· καὶ, ὡς ἄμεινον Φραξαμένων αὐτῶν ὑπὸ νύκτα, καὶ ἐπεισελθόντων αὐτοῖς τῶν ἀπὸ τοῦ Τριοπίου ἐκ τῶν νεῶν διαφυγόντων, οὐκέθ' ὁμοίως ἔβλαπτον, ἐπελθόντες καὶ δῃώσαντες τὴν τῶν Κνιδίων γῆν, ἐς τὴν Σάμον ἀπέπλευσαν.

λϛʹ. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἀστυόχου ἥκοντος ὡς τὴν Μίλητον ἐπὶ τὸ ναυτικὸν, οἱ Πελοποννήσιοι εὐπόρως ἔτι εἶχον ἅπαντα τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον. καὶ γὰρ μι-

pium, prominens orae Cnidiae promontorium, Apollini ſacrum. Athenienſes vero, cum hoc audiſſent, & ex Samo veniſſent, ſex naves, quae praeſidii cauſa ſtationem ad Triopium habebant, ceperunt: at homines ex ipſis aufugerunt. Poſtea vero cum ad Cnidum appuliſſent, & urbem nullis muris munitam adorti fuiſſent, parum abfuit, quin eam caperent. Poſtridie vero rurſus eam oppugnarunt. Verum cum non amplius aeque nocere poſſent, quod ipſi per noctem melius urbem obſepſiſſent, & praeterea iſti, qui ad Triopium ex navibus diffugerant, ad eos ingreſſi veniſſent, Cnidiorum agrum percurrerunt, eoque vaſtato in Samum redierunt.

XXXVI. Per idem tempus, cum Aſtyochus Miletum ad claſſem veniſſet, res omnes, quae ad copias alendas ſunt neceſſariae, Peloponneſiis adhuc abunde ſuppetebant. Nam ſtipendium, quantum ſatis erat, ipſis ſuppeditabatur,

σθὸς ἐδίδοτο ἀρκούντως, καὶ τὰ ἐκ τῆς Ἰάσου μεγάλα χρήματα διαρπασθέντα ὑπῆν τοῖς στρατιώταις· οἵ τε Μιλήσιοι προθύμως τὰ τοῦ πολέμου ἔφερον. πρὸς δὲ τὸν Τισσαφέρνην ἐδόκουν ὅμως τοῖς Πελοποννησίοις αἱ πρῶται ξυνθῆκαι, αἱ πρὸς Χαλκιδέα γενόμεναι, ἐνδεεῖς εἶναι, καὶ οὐ πρὸς σφῶν μᾶλλον· καὶ ἄλλας ἐπὶ Θηραμένους παρόντος ἐποίουν. καὶ εἰσὶν αἵδε.

λζ΄. ΞΥΝΘΗΚΑΙ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς βασιλέα Δαρεῖον, καὶ τοὺς παῖδας τοῦ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνην, σπονδὰς εἶναι καὶ φιλίαν κατὰ τάδε· Ὁπόση χώρα καὶ πόλεις βασιλέως εἰσὶ Δαρείου, ἢ τοῦ πατρὸς ἦσαν ἢ τῶν προγόνων, ἐπὶ ταύτας μὴ ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ, μηδὲ κακῷ μηδενὶ, μήτε Λακεδαιμονίους μήτε τοὺς ξυμμάχους τοὺς Λακεδαιμονίων· μήτε φόρους πράσσεσθαι ἐκ τῶν πόλεων τούτων μήτε Λακεδαιμονίους, μήτε τοὺς ξυμμάχους τῶν Λακεδαιμονίων· μηδὲ

& praeterea magna pecuniae, ex Iaso direptae, vis militibus supererat. Et Milesii alacriter onera belli sustinebant. Verumtamen illa superiora foedera, quae a Chalcideo cum Tissapherne facta fuerant, Peloponnesiis videbantur manca, nec magis pro ipsis, quam pro rege facere. Quamobrem alia Theramene praesente fecerunt, in haec verba.

XXXVII. *PACTIONES inter Lacedaemonios, sociosque, & regem Darium, regisque filios, & Tissaphernem, ut foedera sint & amicitia his conditionibus. Quaecunque regio, & urbes sunt regis Darii, aut quae patris aut maiorum ipsius fuerunt, adversus istas ne eant, aut belli inferendi causa, aut quoquo modo nocendi gratia, vel Lacedaemonii vel Lacedaemoniorum socii. Neve tributa exigant ex his urbibus aut Lacedaemonii, aut Lacedaemoniorum socii. Neque vicissim rex Darius, aut ullus co-*

Δαρεῖον βασιλέα, μηδὲ ὧν ὁ βασιλεὺς ἄρχει, ἐπὶ Λακεδαιμονίους μηδὲ τοὺς ξυμμάχους ἰέναι ἐπὶ πολέμῳ, μηδὲ κακῷ μηδενί. ἢν δέ τι δέωνται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι βασιλέως, ἢ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων ἢ τῶν ξυμμάχων, ὅ, τι ἂν πείθωσιν ἀλλήλους, τοῦτο ποιοῦσι καλῶς ἔχειν. τὸν δὲ πόλεμον τὸν πρὸς Ἀθηναίους καὶ τοὺς ξυμμάχους κοινῇ ἀμφοτέρους πολεμεῖν. ἢν δὲ κατάλυσιν ποιῶνται, κοινῇ ἀμφοτέρους ποιεῖσθαι. ὁπόση δ᾽ ἂν στρατιὰ ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ βασιλέως ᾖ, μεταπεμψαμένου βασιλέως, τὴν δαπάνην βασιλέα παρέχειν. ἢν δέ τις τῶν πόλεων, ὁπόσαι ξυνέθεντο βασιλεῖ, ἐπὶ τὴν βασιλέως ἴῃ χώραν, τοὺς ἄλλους κωλύειν, καὶ ἀμύνειν βασιλεῖ κατὰ τὸ δυνατόν. καὶ ἤν τις τῶν ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ, ἢ ὅσης βασιλεὺς ἄρχει, ἐπὶ τὴν Λακεδαιμονίων ἴῃ ἢ τῶν ξυμμάχων, βασιλεὺς κωλυέτω, καὶ ἀμυνέτω κατὰ τὸ δυνατόν.

rum, quibus rex imperat, adversus Lacedaemonios eorumve socios eat, ut bellum illis inferat, aut ullo maleficio afficiat. Si qua autem in re Lacedaemonii vel eorum socii regis opera indigeant, aut rex Lacedaemoniorum vel sociorum, quidquid alteri alteris mutuo persuaserint, hoc si fecerint, praeclarum esse ducatur. Bellum autem, quod cum Atheniensibus illorumque sociis geretur, hoc utrique communiter administrent: quod si id dissolvere placuerit, communiter utrique dissolvant. Exercitui autem, qui in regis ditione fuerit, si rex eum arcessiverit, rex stipendium praebeat. Si qua autem civitatum, quae pactionem foedusque cum rege fecerunt, in regis ditionem invaserit, ceteri prohibeant, regique pro viribus opem ferant. Rursus si quis eorum, qui sunt in regis agro, aut eo, cui rex imperat, in Lacedaemoniorum vel sociorum agrum invaserit, rex prohibeat, & pro viribus opem ipsis ferat.

λη'. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ξυνθήκας, Θηραμένης μὲν, παραδοὺς Ἀστυόχῳ τὰς ναῦς, ἀποπλέων ἐν κέλητι, ἀφανίζεται. οἱ δ' ἐκ τῆς Λέσβου Ἀθηναῖοι ἤδη διαβεβηκότες τὴν Χίον τῇ στρατιᾷ, καὶ κρατοῦντες τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, Δελφίνιον ἐτείχιζον, χωρίον ἄλλως τε ἐκ γῆς καρτερὸν, καὶ λιμένας ἔχον, καὶ τῆς τῶν Χίων πόλεως οὐ πολὺ ἀπέχον. οἱ δὲ Χῖοι, ἐν πολλαῖς ταῖς πρὶν μάχαις πεπληγμένοι, καὶ ἄλλως ἐν σφίσιν αὐτοῖς οὐ πάνυ εὖ διακείμενοι, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ τοῦ Τυδέως τοῦ Ἴωνος ἤδη ὑπὸ Πεδαρίτου ἐπ' Ἀττικισμῷ τεθνεώτων, καὶ τῆς ἄλλης πόλεως κατ' ἀνάγκην ἐς ὀλίγον κατεχομένης, ὑπόπτως διακείμενοι ἀλλήλοις ἡσύχαζον· καὶ οὔτ' αὐτοὶ διὰ ταῦτα, οὔτε οἱ μετὰ Πεδαρίτου ἐπίκουροι ἀξιόμαχοι αὐτοῖς ἐφαίνοντο. ἐς μέντοι τὴν

XXXVIII. Poſt has pactiones Theramenes quidem, traditis Aſtyocho navibus, actuario navigio diſcedens, ex hominum conſpectu ſublatus eſt. Athenienſes vero e Lesbo ad Chium cum ſuis copiis appulſi, & terra ac mari potiti, Delphinium muniverunt, locum alioqui & a terra munitum, & portus habentem, nec procul a Chiorum urbe diſtantem. Chii vero, tum quod ſuperioribus proeliis ſaepius afflicti fuiſſent, tum quod alioqui inter ſe ipſos animis non admodum bene affecti eſſent, ſed etiam, quod Tydeus Ion, ciuſque ſocii, propter Atticiſmum a Pedarito iam morte mulctati fuiſſent, & reliqua civitatis pars a paucorum dominatu coacta premeretur, mutuo ſuſpecti eſſent, quieſcebant. His igitur de cauſis nec ipſi, nec illae auxiliares copiae, quae cum Pedarito erant, ſatis firmae videbantur ad proelium cum ipſis Athenienſibus committendum. Miletum tamen miſerunt, orantes Aſtyochum,

Μίλητον ἔπεμπον, κελεύοντες σφίσι τὸν Ἀστύοχον βοηθεῖν· ὡς δ᾽ οὐκ ἐσήκουεν, ἐπιστέλλει περὶ αὐτοῦ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ὁ Πεδάριτος ὡς ἀδικοῦντος. καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ Χίῳ ἐς τοῦτο καθειστήκει τοῖς Ἀθηναίοις. αἱ δ᾽ ἐκ τῆς Σάμου νῆες αὐτοῖς ἐπίπλους μὲν ἐποιοῦντο ταῖς ἐν τῇ Μιλήτῳ, ἐπεὶ δὲ μὴ ἀντανάγοιεν, ἀναχωροῦντες πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἡσύχαζον.

λθ΄. Ἐκ δὲ τῆς Πελοποννήσου ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι αἱ τῷ Φαρναβάζῳ ὑπὸ Καλλιγείτου τοῦ Μεγαρέως καὶ Τιμαγόρου τοῦ Κυζικηνοῦ πρασσόντων παρασκευασθεῖσαι ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νῆες, ἄρασαι ἔπλεον ἐπὶ Ἰωνίας, περὶ ἡλίου τροπάς· καὶ ἄρχων ἔπλει αὐτῶν Ἀντισθένης Σπαρτιάτης. ξυνέπεμψαν δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ ἕνδεκα ἄνδρας Σπαρτιατῶν ξυμβούλους Ἀστυόχῳ, ὧν εἷς ἦν Λίχας ὁ Ἀρκε- Decembri exeunte.

ut sibi succurreret. Sed cum ille morem ipsis gerere nollet, Pedaritus de illo, ut rempublicam laedente, Lacedaemonem scribit. Atque res quidem, quae ab Atheniensibus in Chio gerebantur, in hoc erant statu. Sed naves ipsorum, quae apud Samum stationem habebant, incursionibus quidem infestabant eas, quae apud Miletum stabant: sed cum adversus prodire nollent, Athenienses in Samum rursus sese recipientes, quiescebant.

XXXIX. Per eandem hiemem illae septem & viginti naves, quae Pharnabazo a Lacedaemoniis praeparatae fuerant, Calligeti Megarensis & Timagorae Cyziceni opera, ex Peloponneso profectae, circa solstitium in Ioniam traiecerunt. Illisque praeerat Antisthenes Spartanus. Cum hoc autem Lacedaemonii miserunt etiam undecim viros Spartanos, (quorum unus erat Lichas, Arcesilai filius) ut Astyochus eorum

σιλάου. καὶ εἴρητο αὐτοῖς, ἐς Μίλητον ἀφικομένους, τῶν τε ἄλλων ξυνεπιμελεῖσθαι ᾗ μέλλει ἄριστα ἕξειν, καὶ τὰς ναῦς ταύτας, ἢ αὐτὰς, ἢ πλείους, ἢ καὶ ἐλάσσους, ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ὡς Φαρνάβαζον (ἢν δοκῇ) ἀποπέμπειν, Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου, ὃς ξυνέπλει, ἄρχοντα προστάξαντας· καὶ Ἀστύοχον, ἢν δοκῇ τοῖς ἕνδεκα ἀνδράσι, παύειν τῆς ναυαρχίας, Ἀντισθένην δὲ καθιστάναι. πρὸς γὰρ τὰς τοῦ Πεδαρίτου ἐπιστολὰς ὑπώπτευον αὐτόν. πλέουσαι οὖν αἱ νῆες ἀπὸ Μαλέας πελάγιαι, Μήλῳ προσέβαλον, καὶ περιτυχόντες ναυσὶ δέκα Ἀθηναίων, τὰς τρεῖς λαμβάνουσι κενὰς, καὶ κατακαίουσι. μετὰ δὲ τοῦτο, δεδιότες μὴ αἱ διαφυγοῦσαι τῶν Ἀθηναίων ἐκ τῆς Μήλου νῆες (ὅπερ ἐγένετο) μηνύσωσι τοῖς ἐν τῇ νήσῳ τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν, πρὸς τὴν Κρήτην πλεύσαντες, καὶ πλείω τὸν πλοῦν διὰ φυλακῆς

consilio uteretur. Ipsis autem praeceptum fuerat, ut Miletum profecti, simul cum alia curarent, ut quam optime haberent, tum vero has ipsas naves, vel totidem, vel plures, vel etiam pauciores, in Hellespontum, ad Pharnabazum (si videretur) mitterent, & Clearchum Ramphiae filium, qui in eadem classe vehebatur, his ducem praeficerent, & Astyochum (si undecim viris placeret) amoverent a navarchia, & Antisthenem in eius locum substituerent. Nam propter Pedariti epistolas ipsum Astyochum suspectum habebant. Cum igitur hae naves a Malea per altum navigarent, ad Melum appulerunt, & cum incidissent in decem Atheniensium naves, tres earum inanes ceperunt, & cremarunt. Postea vero, veriti, ne reliquae Atheniensium naves ex Melo elapsae, (quod accidit) Atheniensibus in insula Samo stationem habentibus suum adventum notum facerent, Cretam versus navigan-

-οιησάμενοι, ἐς τὴν Καῦνον τῆς Ἀσίας κατῆραν. ἐντεῦθεν ὴ, ὡς ἐν ἀσφαλεῖ ὄντες, ἀγγελίαν ἔπεμπον ἐπὶ τὰς ν τῇ Μιλήτῳ ναῦς τοῦ ξυμπαρακομισθῆναι.

μ΄. Οἱ δὲ Χῖοι καὶ Πεδάριτος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὐδὲν ἧσσον, καίπερ διαμέλλοντα τὸν Ἀστύοχον, πέμποντες ἀγγέλους, ἠξίουν σφίσι πολιορκουμένοις βοηθῆσαι ἁπάσαις ταῖς ναυσὶ, καὶ μὴ περιϊδεῖν τὴν μεγίστην τῶν ἐν Ἰωνίᾳ ξυμμαχίδων πόλεων ἔκ τε θαλάσσης εἰργομένην, καὶ κατὰ γῆν λῃστείαις πορθουμένην. οἱ γὰρ οἰκέται τοῖς Χίοις πολλοὶ ὄντες, καὶ μιᾷ γε πόλει, πλὴν Λακεδαιμονίων, πλεῖστοι γενόμενοι, καὶ ἅμα διὰ τὸ πλῆθος χαλεπωτέρως ἐν ταῖς ἀδικίαις κολαζόμενοι, ὡς ἡ στρατιὰ τῶν Ἀθηναίων βεβαίως ἔδοξε μετὰ τείχους ἱδρύσθαι, εὐθὺς αὐτομολίᾳ τε ἐχρήσαντο πολλοὶ

Bell. Pelop. an. 20. Olymp. 92. 1. U. C. Varr. 343. Post Ian. 1.

tes, & confecto longiore navigationis curſu, ut tutius iter facerent, ad Caunum Aſiae appulerunt. Hinc vero, quaſi in tuto iam eſſent, nuntium miſerunt ad claſſem, quae ad Miletum ſtabat, ut eius praeſidio muniti illuc deducerentur.

XL. Interea vero Chii & Pedaritus Aſtyochum, etſi cunctantem, nihilo tamen minus per nuntios ad eum miſſos orabant, ut ſibi obſeſſis opem cum tota claſſe ferret, nec maximam omnium ſocialium urbium, quae in Ionia eſſent, & a mari intercludi, ita ut eius uſu prohiberetur, & a terra latrociniis diripi pateretur. Chiorum enim ſervi, quia magnus erat eorum numerus, atque adeo, ut in unica urbe, excepta Lacedaemone, maximus, ſimul etiam quia propter ſuam multitudinem, in delictis ſeverius a dominis plectebantur, poſtquam Athenienſium exercitus munitionibus exſtructis in loco tuto iam collocatus eſſe viſus eſt, multi confeſtim ad ipſos transfugerunt, atque iſti pro-

πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὰ πλεῖστα κακὰ ἐπιστάμενοι τὴν χώραν οὗτοι ἔδρασαν. ἔφασαν οὖν χρῆναι οἱ Χῖοι, ἕως ἔτι ἐλπὶς καὶ δυνατὸν κωλῦσαι, τειχιζομένου τοῦ Δελφινίου, καὶ ἀτελοῦς ὄντος, καὶ στρατοπέδῳ καὶ ναυσὶν ἐρύματος μείζονος προσπεριβαλλομένου, βοηθῆσαι σφίσιν. ὁ δὲ Ἀστύοχος, καίπερ οὐ διανοούμενος διὰ τὴν τότε ἀπειλὴν, ὡς ἑώρα καὶ τοὺς ξυμμάχους προθύμους ὄντας, ὥρμητο ἐς τὸ βοηθεῖν.

μα΄. Ἐν τούτῳ δὲ ἐκ τῆς Καύνου παραγίγνεται ἀγγελία ὅτι αἱ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νῆες καὶ οἱ τῶν Λακεδαιμονίων ξύμβουλοι πάρεισι. καὶ νομίσας πάντα ὕστερα εἶναι τὰ ἄλλα πρὸς τὸ ναῦς τε, ὅπως θαλασσοκρατοῖεν μᾶλλον, τοσαύτας ξυμπαρακομίσαι, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους, οἳ ἧκον κατάσκοποι αὐτοῦ, ἀσφαλῶς πε-

pter notitiam regionis plurima detrimenta Chiis attulerunt. Dicebant igitur Chii, oportere Astyochum sibi succurrere, dum adhuc spes & facultas esset operis impediendi, quia Delphinium adhuc muniebatur, & munitio erat imperfecta, & dum alia maiore munitione urbs Chiorum ab Atheniensium exercitu navibusque circumvallaretur. Astyochus vero, quamvis propter minas, quibus tunc apud ipsos usus fuerat, opem ipsis ferre non statuisset, tamen cum & ipsos socios propensos esse vidisset, ad succurrendum se accinxit.

XLI. Interea vero nuntius ex Cauno venit, septem illas & viginti Lacedaemoniorum naves, & consiliarios adesse. Quamobrem cum existimasset, cetera omnia posthabenda esse, ut & tot naves illis obviam mitteret, quae illos Miletum suo praesidio septos deducerent, ut maris imperium facilius obtinerent, & Lacedaemonii, qui ad ipsius actio-

ραιωθῆναι, εὐθὺς ἀφεὶς τὸ ἐς τὴν Χίον, ἔπλει ἐς τὴν Καῦνον. καὶ ἐς Κῶν τὴν Μεροπίδα ἐν τῷ παράπλῳ ἀποβὰς, τήν τε πόλιν, ἀτείχιστον οὖσαν, καὶ ὑπὸ σεισμοῦ, ὃς αὐτοῖς ἔτυχε μέγιστός γε δὴ ὧν μεμνήμεθα γενόμενος, ξυμπεπτωκυῖαν, ἐκπορθεῖ, τῶν ἀνθρώπων ἐς τὰ ὄρη πεφευγότων· καὶ τὴν χώραν καταδρομαῖς λείαν ἐποιεῖτο, πλὴν τῶν ἐλευθέρων. τούτους δὲ ἀφίει. ἐκ δὲ τῆς Κῶ ἀφικόμενος ἐς τὴν Κνίδον νυκτὸς, ἀναγκάζεται ὑπὸ τῶν Κνιδίων παραινούντων μὴ ἐκβιβάσαι τοὺς ναύτας, ἀλλ' ὥσπερ εἶχε, πλεῖν εὐθὺς ἐπὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς εἴκοσιν, ἃς ἔχων Χαρμῖνος, εἷς τῶν ἐκ Σάμου στρατηγῶν, ἐφύλασσε ταύτας τὰς ἑπτὰ καὶ εἴκοσι ναῦς, ἐκ τῆς Πελοποννήσου προσπλεούσας, ἐφ' ἅσπερ καὶ ὁ Ἀστύοχος παρέπλει. ἐπύθοντο δὲ οἱ ἐν τῇ Σάμῳ ἐκ τῆς Μιλήτου τὸν ἐπίπλουν αὐτῶν, καὶ ἡ φυλακὴ τῷ Χαρ-

nes explorandas veniebant, illuc tuto traiicerent, confestim omissa in Chium navigatione, in Caunum navigavit. In ipsa autem praetervectione, copiis in Con Meropidem expositis, & urbem nullis cinctam muris, & terrae motu (qui maximus omnium, quos meminimus, illius insulae incolis contigit) collapsam diripuit, oppidanis in montes dilapsis. Et agrum percurrens, praedam abegit, praeterquam hominum liberorum. hos enim dimittebat. Ex Co autem in Cnidum noctu profectus, vehementibus Cnidiorum precibus adductus est, ne suos nautas exponeret, sed, ut se habebat, confestim navigaret adversus viginti Atheniensium naves, cum quibus Charminus, unus e ducibus, qui apud Samum agebant, observabat has septem & viginti naves, ex Peloponneso venientes, ad quas & Astyochus navigabat. Nam Athenienses, qui in Samo erant, ex Mi-

μένῳ περὶ τὴν Σύμην καὶ Χάλκην καὶ Ῥόδον καὶ περὶ τὴν Λυκίαν ἦν. ἤδη γὰρ ᾐσθάνετο καὶ ἐν τῇ Καύνῳ οὔσας αὐτάς.

μβ'. Ἐπέπλει οὖν, ὥσπερ εἶχε, πρὸς τὴν Σύμην ὁ Ἀστύοχος, πρὶν ἔκπυστος γενέσθαι, εἴπως περιλάβοι που μετεώρους τὰς ναῦς. καὶ αὐτῷ ὑετός τε καὶ τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ξυννέφελα ὄντα πλάνησιν τῶν νεῶν ἐν τῷ σκότει καὶ ταραχὴν παρέσχε. καὶ ἅμα τῇ ἕῳ, διεσπασμένου τοῦ ναυτικοῦ, καὶ τοῦ μὲν φανεροῦ ἤδη ὄντος τοῖς Ἀθηναίοις τοῦ εὐωνύμου κέρως, τοῦ δὲ ἄλλου περὶ τὴν νῆσον ἔτι πλανωμένου, ἐπανάγονται κατὰ τάχος ὁ Χαρμῖνος καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐλάσσοσιν ἢ ταῖς εἴκοσι ναυσὶ, νομίσαντες ἅσπερ ἐφύλασσον ναῦς, τὰς ἀπὸ τῆς Καύνου, ταύτας εἶναι· καὶ προσπεσόντες εὐθὺς, κατέδυσάν

leto de huius claſſis adventu certiores facti fuerant; & negotium Charmino datum fuerat, ut hanc obſervaret circa Symam & Chalcen & Rhodum & Lyciam. Iam enim Charminus, eas in Cauno eſſe, acceperat.

XLII. Aſtyochus igitur, ut ſe habebat, ad Symam celeriter tendebat, adventus ſui famam praevertere cupiens, ſi forte claſſem hoſtilem in alto nanciſci poſſet. Sed imber coelumque nubilum perturbationem eius navibus attulit, & effecit, ut in tenebris vagarentur. Et ſimul ac dies illuxit, cum eius claſſis eſſet diſperſa, & ſiniſtrum quidem cornu iam in Athenienſium conſpectum veniret, alterum vero circum inſulam adhuc vagaretur, confeſtim Charminus & Athenienſes cum navibus, quae pauciores erant quam viginti, adverſus hoſtium naves tendunt, exiſtimantes, has eſſe naves illas, quas ex Cauno venientes obſervabant. Et impreſſione in eas ſtatim facta, tres illarum de-

τε τρεῖς, καὶ κατετραυμάτισαν ἄλλας. καὶ ἐν τῷ ἔργῳ ἐπεκράτουν, μέχρις οὗ ἐπεφάνησαν αὐτοῖς παρὰ δόξαν αἱ πλείους τῶν νεῶν, καὶ πανταχόθεν ἀπεκλείοντο. ἔπειτα δὲ ἐς φυγὴν καταστάντες, ἓξ μὲν ναῦς ἀπολλύασι, ταῖς δὲ λοιπαῖς καταφεύγουσιν ἐς τὴν Τεύγλουσσαν νῆσον· ἐντεῦθεν δὲ, ἐς Ἁλικαρνασσόν. μετὰ δὲ τοῦτο, οἱ μὲν Πελοποννήσιοι, ἐς Κνίδον κατάραντες, καὶ ξυμμιγεισῶν τῶν ἐκ τῆς Καύνου ἑπτὰ καὶ εἴκοσι νεῶν αὐτοῖς, ξυμπάσαις πλεύσαντες, καὶ τροπαῖον ἐν τῇ Σύμῃ στήσαντες, πάλιν ἐς τὴν Κνίδον καθωρμίσαντο.

μγ΄. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ταῖς ἐκ τῆς Σάμου ναυσὶ πάσαις, ὡς ᾔσθοντο τὰ τῆς ναυμαχίας, πλεύσαντες ἐς τὴν Σύμην, καὶ ἐπὶ μὲν τὸ ἐν τῇ Κνίδῳ ναυτικὸν οὐχ ὁρμήσαντες, οὐδ᾽ ἐκεῖνοι ἐπ᾽ ἐκείνους, λαβόντες δὲ τὰ ἐν τῇ

presserunt, aliasque lacerarunt. Et in hoc proelio victoriam obtinuerunt, donec pleraeque Lacedaemoniorum naves praeter opinionem in ipsorum conspectum repente venerunt, a quibus etiam undique conclusi fuerunt. Tunc vero in fugam se coniecerunt, & sex naves amiserunt; at cum ceteris in insulam Teuglussam confugerunt: hinc vero, in Halicarnassum. Postea vero Peloponnesii quidem, cum ad Cnidum appulissent, & septem ac viginti naves ex Cauno profectas sibi adiunxissent, cum universa classe Symam petierunt, ibique tropaeo statuto, in Cnidi stationem redierunt.

XLIII. Athenienses vero cum omnibus navibus, quae ad Samum stabant, postquam navale proelium commissum intellexerunt, in Symam iverunt. Cum autem nec ipsi classem, quae ad Cnidum stabat, invasissent, nec illi, qui illic erant, in ipsos impressionem fecissent, sed navium

Σύμη σκεύη τῶν νεῶν, καὶ Λορύμοις τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ προσβαλόντες, ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Σάμον. ἅπασαι δ' ἤδη οὖσαι ἐν τῇ Κνίδῳ αἱ τῶν Πελοποννησίων νῆες ἐπεσκευάζοντό τε εἴ τι ἔδει, καὶ πρὸς τὸν Τισσαφέρνην (παρεγένετο γάρ) λόγους ἐποιοῦντο οἱ ἕνδεκα ἄνδρες τῶν Λακεδαιμονίων περί τε τῶν ἤδη πεπραγμένων, εἴ τι μὴ ἤρεσκεν αὐτοῖς, καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος πολέμου, ὅτῳ τρόπῳ ἄριστα καὶ ξυμφορώτατα ἀμφοτέροις πολεμήσεται. μάλιστα δὲ ὁ Λίχας ἐσκόπει τὰ ποιούμενα, καὶ τὰς σπονδὰς οὐδετέρας, οὔτε τὰς Θηραμένους ἔφη καλῶς ξυγκεῖσθαι, ἀλλὰ δεινὸν εἶναι εἰ χώρας ὅσης βασιλεὺς καὶ οἱ πρόγονοι ἦρξαν πρότερον, ταύτης καὶ νῦν ἀξιώσει κρατεῖν. ἐνῆν γὰρ καὶ νήσους ἁπάσας πάλιν δουλεύειν, καὶ Θεσσαλίαν, καὶ Λοκρούς, καὶ τὰ μέχρι Βοιωτῶν, καὶ ἀντ' ἐλευθερίας ἂν Μηδικὴν ἀρχὴν τοῖς

armamenta, quae erant in Syma, ſumſiſſent, & Loryma, quae ſunt in continente, oppugnaſſent, Samum redierunt. Cum autem omnes Peloponneſiorum naves in Cnido iam eſſent, reficiebantur, ſi quid oportebat. Et undecim illi Lacedaemoniorum viri cum Tiſſapherne (aderat enim) agebant cum de rebus iam tranſactis, ſi qua illarum ipſis non placeret, tum etiam de futuro bello, qua ratione optime & maxime ex utrorumque utilitate gerendum eſſet. Praecipue vero Lichas conſiderabat ea, quae fiebant, & neutrum foedus, aut a Chalcideo, aut a Theramene, bene factum eſſe dicebat. Indignum enim profecto eſſe, ſi cuicunque provinciae rex eiuſque maiores prius imperaſſent, huic nunc etiam rex imperare vellet. Oportuiſſet enim hoc modo & omnes inſulas, & Theſſaliam, & Locros, & regiones, quae uſque ad Boeotorum fines pertinebant, in

Ἕλλησι τοὺς Λακεδαιμονίους περιθεῖναι. ἑτέρας οὖν ἐκέλευε βελτίους σπένδεσθαι, ἢ ταύταις γε οὐ χρήσεσθαι, οὐδὲ τῆς τροφῆς ἐπὶ τούτοις δεῖσθαι οὐδέν. ἀγανακτῶν δὲ ὁ μὲν Τισσαφέρνης ἀπεχώρησεν ἀπ' αὐτῶν δι' ὀργῆς, καὶ ἄπρακτος.

runt, quod vel ipſi Samii ſuae civitatis viros potentes hortarentur, ut ſecum paucorum dominatum in urbe conſtituere conarentur, quamvis ipſimet prius alii adverſus alios ſurrexiſſent, ne paucorum dominatu regerentur. Quin etiam Athenienſes, qui Sami erant, cum & ipſi colloquium inter ſe habuiſſent, & rem contuliſſent, ſtatuerunt, Alcibiadem quidem (quandoquidem hoc ei non eſſet cordi) miſſum facere. Etenim exiſtimabant, ipſum idoneum non eſſe, qui ad paucorum dominatum veniret, ſed & ipſos, quod etiam in periculo iam verſarentur, per ſe diſpicere oportere, quonam modo res iſtae non remitterentur, & ſimul res bellicae ſuſtinerentur, ipſique pecuniam ex ſuis privatis aedibus alacriter conferrent, & ſi quid aliud opus eſſet, ſuppeditarent, quod non amplius aliorum, quam ſua ipſorum cauſa labores ac aerumnas perferrent.

LXIV. Cum igitur his verbis ſe mutuo adhortati fuiſ-

στελλον ἐπ᾽ οἴκου, πράξοντας τἀκεῖ, (καὶ εἴρητο αὐτοῖς, τῶν ὑπηκόων πόλεων αἷς ἂν προσίσχωσιν, ὀλιγαρχίαν καθιστάναι) τοὺς δ᾽ ἡμίσεας ἐς τἄλλα τὰ ὑπήκοα χωρία ἄλλους ἄλλῃ διέπεμπον. καὶ Διοτρέφην ὄντα περὶ Χίον, ᾑρημένον δὲ ἐς τὰ ἐπὶ Θρᾴκης ἄρχειν, ἀπέστελλον ἐπὶ τὴν ἀρχήν. καὶ ἀφικόμενος ἐς τὴν Θάσον, τὸν δῆμον κατέλυσε. καὶ ἀπελθόντος αὐτοῦ, οἱ Θάσιοι δευτέρῳ μηνὶ μάλιστα τὴν πόλιν ἐτείχιζον, ὡς Martio. τῆς μὲν [μετ᾽] Ἀθηναίων ἀριστοκρατίας οὐδὲν ἔτι προσδεόμενοι, τὴν δὲ ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἐλευθερίαν ὅσαι ἡμέραι προσδεχόμενοι. καὶ γὰρ καὶ φυγὴ αὐτῶν ἔξω ἦν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων παρὰ τοῖς Πελοποννησίοις, καὶ αὕτη μετὰ τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπιτηδείων κατὰ κράτος

ſent, tunc ſtatim Piſandrum & dimidiam legatorum partem domum dimiſerunt ad res ibi tranſigendas; (ipſis autem negotium datum fuerat, ut in ſubditorum civitatibus, ad quas appellerent, paucorum dominatum conſtituerent) alteram vero dimidiam legatorum partem in alia ſubditorum oppida, alium alio dimiſerunt. Et Diotrephem, qui circa Chium agebat, qui delectus fuerat, ut Thraciam gubernaret, ad ſuum magiſtratum gerendum miſerunt. Hic autem Thaſum profectus, ſtatum popularem ſuſtulit. Poſt eius autem diſceſſum, altero fere menſe Thaſii urbem muris cingere coeperunt, quaſi nequaquam iam indigerent optimatum ſtatu, qui apud Athenienſes eſſet, ſed quotidie libertatem a Lacedaemoniis exſpectarent. Nam eorum etiam exſules ab Athenienſibus ex urbe pulſi, foris apud Lacedaemonios erant, atque iſti cum neceſſariis, qui in urbe erant, totis viribus operam dabant, ut & naves illuc Lacedaemone adducerent, & Thaſum ad defectionem

ἔπρασσε ναῦς τε κομίσαι, καὶ τὴν Θάσον ἀποστῆσαι. ξυνέβη οὖν αὐτοῖς μάλιστα ἃ ἐβούλοντο, τὴν πόλιν τε ἀκινδύνως ὀρθοῦσθαι, καὶ τὸν ἐναντιωσόμενον δῆμον καταλελύσθαι. περὶ μὲν οὖν τὴν Θάσον τἀναντία τοῖς τὴν ὀλιγαρχίαν καθιστᾶσι τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο, δοκεῖ δέ μοι καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς τῶν ὑπηκόων. σωφροσύνην γὰρ λαβοῦσαι αἱ πόλεις, καὶ ἄδειαν τῶν πρασσομένων, ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἄντικρυς ἐλευθερίαν, τὴν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕπουλον εὐνομίαν οὐ προτιμήσαντες.

Ant. Feb. 26. ξε'. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Πείσανδρον, παραπλέοντές τε, ὥσπερ ἐδέδοκτο, τοὺς δήμους ἐν ταῖς πόλεσι κατέλυον, καὶ ἅμα ἔστιν ἀφ' ὧν χωρίων καὶ ὁπλίτας ἔχοντες σφίσιν αὐτοῖς ξυμμάχους, ἦλθον ἐς τὰς Ἀθήνας. καὶ κατα-

impellerent. Ipsis igitur accidit, quod maxime cupiebant, ut & sine periculo civitas rem feliciter gereret, & popularis status tolleretur, qui adversaturus fuisset. In Thaso igitur res cecidit contra vota illorum Atheniensium, qui paucorum dominatum constituere volebant. Quin etiam & apud multos alios, qui Atheniensium imperio parebant, idem accidisse mihi videtur. Civitates enim attentiores ad rem suam factae, & excusso metu rerum, quas gerendas suscipiebant, ad apertam certamque libertatem progressae sunt, illam speciosam ac fallacem reipublicae recte administrandae formam ab Atheniensibus propositam, certae libertati non anteponentes.

LXV. At Pisander & eius collegae, dum praeterveherentur, quemadmodum statutum fuerat, ex urbibus, quas adibant, statum popularem tollebant; quin etiam cum ex nonnullis urbibus gravis armaturae milites sibi socios adiunxissent, quos secum ducebant, Athenas reverterunt: &

λαμβάνουσι τὰ πλεῖστα τοῖς ἑταίροις προειργασμένα. καὶ γὰρ Ἀνδροκλέα τέ τινα τοῦ δήμου μάλιστα προεστῶτα ξυστάντες τινὲς τῶν νεωτέρων, κρύφα ἀποκτείνουσιν, ὥσπερ καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην οὐχ ἥκιστα ἐξήλασε· καὶ αὐτὸν κατ' ἀμφότερα, τῆς τε δημαγωγίας ἕνεκα, καὶ οἰόμενοι τῷ Ἀλκιβιάδῃ ὡς κατιόντι, καὶ τὸν Τισσαφέρνην φίλον ποιήσοντι, χαριεῖσθαι, μᾶλλόν τι διέφθειραν. καὶ ἄλλους τινὰς ἀνεπιτηδείους τῷ αὐτῷ τρόπῳ κρύφα ἀνάλωσαν. λόγος τε ἐκ τοῦ φανεροῦ προείργαστο αὐτοῖς, ὡς οὔτε μισθοφορητέον εἴη ἄλλους ἢ τοὺς στρατευομένους, οὔτε μεθεκτέον τῶν πραγμάτων πλείοσιν ἢ πεντακισχιλίοις, καὶ τούτοις οἳ ἂν μάλιστα τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ὠφελεῖν οἷοί τε ὦσιν.

pleraque a ſuis ſodalibus ante ſuum reditum iam confecta deprehenderunt. Etenim Androclem quendam, acerrimum ſtatus popularis propugnatorem, qui etiam inter primos exſtiterat auctor Alcibiadis expellendi, quidam ex iunioribus conſpiratione facta clam interfecerunt. Ipſum autem duabus de cauſis interfecerunt, tum quod populum ſuis concionibus ductaret, tum etiam, idque multo magis, quod eum Alcibiadi, tanquam reverſuro & Tiſſaphernis amicitiam conciliaturo, gratificaturum exiſtimarent. Alioſque nonnullos ad paucorum dominatum non aptos, eodem modo clam ſuſtulerunt. Et orationem praemeditati fuerant, quam propalam habebant, ſtipendium non eſſe dandum ullis aliis, niſi iis, qui militarent, nec plures quam quinque hominum millia ad reipublicae adminiſtrationem admittendos eſſe, eoſque, qui & pecuniis & corporibus rempublicam maxime iuvare poſſent.

ξστ'. Ἦν δὲ τοῦτο εὐπρεπὲς πρὸς τοὺς πλείους, ἐπεὶ ἕξειν γε τὴν πόλιν οἵπερ καὶ μεθιστάναι ἔμελλον. δῆμος μέντοι ὅμως ἔτι καὶ βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου ξυνελέγετο. ἐβούλευον δὲ οὐδὲν ὅ, τι μὴ τοῖς ξυνεστῶσι δοκοίη· ἀλλὰ καὶ οἱ λέγοντες ἐκ τούτων ἦσαν, καὶ τὰ ῥηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς προὐσκέπτετο. ἀντέλεγέ τε οὐδεὶς ἔτι τῶν ἄλλων, δεδιὼς καὶ ὁρῶν πολὺ τὸ ξυνεστηκός· εἰ δέ τις καὶ ἀντείποι, εὐθὺς ἐκ τρόπου τινὸς ἐπιτηδείου ἐτεθνήκει. καὶ τῶν δρασάντων οὔτε ζήτησις, οὔτ', εἰ ὑπωπτεύοντο, δικαίωσις ἐγίγνετο· ἀλλ' ἡσυχίαν εἶχεν ὁ δῆμος, καὶ κατάπληξιν τοιαύτην, ὥστε κέρδος, ὁ μὴ πάσχων τὶ βίαιον, εἰ καὶ σιγῴη, ἐνόμιζε. καὶ τὸ ξυνεστηκὸς πολὺ πλέον ἡγούμενοι εἶναι ἢ ἐτύγχανεν ὃ ἦν, ἡσσῶντο ταῖς

LXVI. Haec autem res apud plerosque speciosum praetextum habebat; siquidem qui reipublicae statum erant immutaturi, iidem civitatis administrationem erant habituri. Verumtamen & populus & senatus adhuc de more cum fabis ad ferenda suffragia congregabatur. Sed nihil consultando statuebant, quod non coniuratis placeret. Quin etiam illi, qui concionabantur, erant ex horum coniuratorum numero, & quae dicenda erant, priusquam apud populum efferrentur, ab ipsis perpendebantur: nec aliorum ullus amplius contradicebat, quod magnum coniuratorum numerum metueret ac videret. Quod si quis contradixisset, confestim aliquo idoneo modo necabatur. neque de percussoribus inquirebatur, neque, si suspecti erant, supplicium sumebatur. Sed populus quiescebat, adeoque perterrefactus erat, ut si quis esset, cui nulla vis afferretur, is in lucro poneret, etiam si taceret. Cum autem longe maiorem coniuratorum numerum esse ducerent, quam erat, animis succumbebant. Eum

γνώμαις· καὶ ἐξευρεῖν αὐτὸ ἀδύνατοι ὄντες διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, καὶ [διὰ] τὴν ἀλλήλων ἀγνωσίαν οὐκ εἶχον. κατὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ προσολοφύρασθαί τινι ἀγανακτήσαντα, ὥστε ἀμύνασθαι ἐπιβουλεύσαντα, ἀδύνατον ἦν. ἢ γὰρ ἀγνῶτα ἂν εὗρεν ᾧ ἐρεῖ, ἢ γνώριμον, ἄπιστον. ἀλλήλοις γὰρ ἅπαντες ὑπόπτως προσῄεσαν οἱ τοῦ δήμου, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων. ἐνῆσαν γὰρ καὶ οὓς οὐκ ἄν ποτέ τις ᾤετο ἐς ὀλιγαρχίαν τραπέσθαι, καὶ τὸ ἄπιστον οὗτοι μέγιστον πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐποίησαν, καὶ πλεῖστα ἐς τὴν τῶν ὀλίγων ἀσφάλειαν ὠφέλησαν, βέβαιον τὴν ἀπιστίαν τῷ δήμῳ πρὸς ἑαυτὸν καταστήσαντες.

ξζ΄. Ἐν τούτῳ οὖν τῷ καιρῷ οἱ περὶ τὸν Πείσανδρον ἐλθόντες, εὐθὺς τῶν λοιπῶν εἴχοντο· καὶ πρῶτον μὲν τὸν

enim compertum habere non poterant, tum propter civitatis magnitudinem, tum propter mutuam ignorationem. Quin etiam hac ipſa de cauſa non licebat cuiquam apud alium miſerari ac lamentari vicem ſuam, ita ut inito conſilio ulciſceretur. Aut enim ignotum inveniſſet, cui dicturus eſſet; aut notum, ſed infidum. Nam ſinguli de populo ita ſe mutuo adibant, ut alii aliis eſſent ſuſpecti, quaſi eorum unuſquiſque particeps eſſet rerum, quae agebantur. Nam in hoc coñuratorum numero inerant etiam nonnulli, quos nullus unquam ſuſpicatus fuiſſet ſe ad paucorum dominatum converſuros, & iſti in primis effecerunt, ut nulla fides populo haberetur, & plurimum contulerunt ad confirmandum paucorum dominatum, quod populares ad mutuam, eamque minime dubiam diffidentiam induxiſſent.

LXVII. Interea vero Piſander eiuſque collegae Athenas reverſi, confeſtim ceteris peragendis operam dare coepe-

δῆμον ξυλλέξαντες, εἶπον γνώμην, δέκα ἄνδρας ἑλέσθαι ξυγγραφέας αὐτοκράτορας· τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην ἐσενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ῥητὴν, καθ᾽ ὅ, τι ἄριστα ἡ πόλις οἰκήσεται· ἔπειτα ἐπειδὴ ἡ ἡμέρα ἐφῆκε, ξυνέλεξαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνόν· (ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα) καὶ ἐσήνεγκαν οἱ ξυγγραφεῖς ἄλλο μὲν οὐδὲν, αὐτὸ δὲ τοῦτο, ἐξεῖναι μὲν Ἀθηναίων ἀνειπεῖν γνώμην ἣν ἄν τις βούλεται. ἢν δέ τις τὸν εἰπόντα ἢ γράψηται παρανόμων, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ βλάψῃ, μεγάλας ζημίας ἐπέθεσαν. ἐνταῦθα δὴ λαμπρῶς ἐλέγετο ἤδη μήτε ἀρχὴν ἄρχειν μηδεμίαν ἔτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κόσμου, μήτε μισθοφορεῖν. Προέδρους τε ἑλέσθαι πέντε

runt. Ac primum quidem populo coacto ſententiam dixerunt, decem viros legum conſcribendarum cauſa deligendos, qui ſummam huius rei poteſtatem haberent. Hi vero rogationem conſcriptam ad populum ad certam diem ferrent, qua ratione reſpublica optime adminiſtrari poſſet. Ubi autem dicta dies advenit, concionem convocarunt in Colonum. (eſt autem hic locus editus, & Neptuno ſacer, extra urbem, decem ferme ſtadiis ab ea diſtans.) Atque hi legum conſcriptores nihil quidem aliud promulgarunt, ſed hoc ipſum, Cuivis Athenienſium licere ſententiam pronuntiare, quamcunque vellet. Si quis autem aut legum violatarum accuſaſſet, aut quoquo alio modo laeſiſſet eum, qui ſuam ſententiam libere pronuntiaſſet, ingentibus poenis ſanxerunt. Hic vero aperte dixerunt, iam nec ullum magiſtratum amplius ex priſtino civitatis inſtituto gerendum, nec ſtipendium aliis, niſi illis, qui militarent, dandum eſſe: ſed quinque praeſides diligendos, a quibus rur-

ἄνδρας, τούτους δὲ, ἑλέσθαι ἑκατὸν, καὶ τῶν ἑκατὸν ἕκαστον πρὸς ἑαυτῷ τρεῖς. ἐλθόντας δὲ αὐτοὺς τετρακοσίους ὄντας ἐς τὸ βουλευτήριον, ἄρχειν ὅπη ἂν ἄριστα γιγνώσκωσιν αὐτοκράτορας· καὶ τοὺς πεντακισχιλίους δὲ ξυλλέγειν, ὁπόταν αὐτοῖς δοκῇ.

ξη΄. Ἦν δὲ ὁ μὲν τὴν γνώμην ταύτην εἰπὼν Πείσανδρος, καὶ τἄλλα ἐκ τοῦ προφανοῦς προθυμότατα ξυγκαταλύσας τὸν δῆμον· ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς, ὅτῳ τρόπῳ κατέστη ἐς τοῦτο, καὶ ἐκ πλείστου ἐπιμεληθεὶς, Ἀντιφῶν ἦν, ἀνὴρ Ἀθηναίων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀρετῇ τε οὐδενὸς ὕστερος, καὶ κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος, καὶ ἃ ἂν γνοίη, εἰπεῖν. καὶ ἐς μὲν δῆμον οὐ παριὼν, οὐδ' ἐς ἄλλον ἀγῶνα ἑκούσιος οὐδένα, ἀλλ' ὑπόπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, A. Feb. 27.

ſus centum alii viri deligerentur, quorum ſinguli tres alios ſibi cooptarent. Hi vero numero quadringenti in curiam ingreſſi, ſumma poteſtate praediti, imperarent, prout optimum eſſe cognoſcerent; & quinque millia civium congregarent, quoties ipſis viderentur.

LXVIII. Qui autem hanc quidem ſententiam dixit, fuit Piſander, qui etiam ceteris in rebus propalam & maximo ſtudio cum aliis eiuſdem coniurationis ſociis popularem ſtatum evertit. Qui vero totum negotium compoſuerat, & iampridem praemeditatus fuerat rationem, qua res in eum ſtatum devenit, fuit Antiphon, vir Athenienſium ſui temporis nulli ſecundus, & in rebus excogitandis, & in iis, quae ſenſiſſet, exprimendis praeſtantiſſimus: qui ad populum quidem, aut ad ullum aliud concilium, in quo aliquid ſermonibus agitaretur, ſua ſponte non prodibat, ſed propter eloquentiam multitudini ſuſpectus erat: eos ta-

τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα, εἷς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι, δυνάμενος ὠφελεῖν. καὶ αὐτός τε, ἐπειδὴ τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα ὑπὸ τοῦ δήμου ἐκακοῦτο, ἄριστα φαίνεται τῶν μέχρις ἐμοῦ ὑπὲρ αὐτῶν τούτων αἰτίας, ὡς ξυγκατέστησε θανάτου δίκην ἀπολογησάμενος. παρέσχε δὲ καὶ Φρύνιχος ἑαυτὸν πάντων διαφερόντως προθυμότατον ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν, δεδιὼς τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ ἐπιστάμενος εἰδότα αὐτὸν ὅσα ἐν τῇ Σάμῳ πρὸς τὸν Ἀστύοχον ἔπραξε· νομίζων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν κατὰ τὸ εἰκὸς ὑπ᾽ ὀλιγαρχίας κατελθεῖν. πολὺ δὲ πρὸς τὰ δεινὰ, ἐπειδήπερ ὑπέστη, φερεγγυώτατος ἐφάνη. καὶ Θηραμένης ὁ τοῦ Ἅγνωνος, ἐν τοῖς ξυγκαταλύουσι τὸν δῆμον πρῶτος ἦν, ἀνὴρ οὔτε εἰπεῖν οὔτε γνῶναι

men, qui vel in iudicio vel apud populum certabant, quisquis cum aliqua de re consuluisset, hic unus vir plurimum iuvare poterat. Atque hic ipse, postquam quadringentorum status collapsus, a populo vexari plectique coepit, cum in iudicium vocatus fuisset harum ipsarum rerum causa, quasi cum ceteris coniuratis paucorum dominatum constituisset, optime omnium, ad meam usque memoriam, capitis causam dixisse videtur. Phrynichus etiam sese omnium longe studiosissimum praestitit in paucorum dominatu constituendo, quod Alcibiadem metueret, ac sciret, eum scire, quaecunque Sami cum Astyocho tractasset; existimans, eum (ut credibile erat) nunquam in patriam reversurum, ut sub paucorum dominatu viveret. In periculis autem sustinendis, postquam semel ea suscepit, longe fortissimus est visus. Theramenes etiam Agnonis filius, vir nec infacundus nec imprudens, inter illos, qui

ἀδύνατος. ὥστε ἀπ' ἀνδρῶν πολλῶν καὶ ξυνετῶν πραχθὲν τὸ ἔργον, οὐκ ἀπεικότως, καίπερ μέγα ὂν, προὐχώρησε. χαλεπὸν γὰρ ἦν τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα ἐπειδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν, ἐλευθερίας παῦσαι, καὶ οὐ μόνον μὴ ὑπήκοον ὄντα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ χρόνου τούτου αὐτὸν ἄλλων ἄρχειν εἰωθότα.

ξθ'. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐκκλησία, οὐδενὸς ἀντειπόντες, ἀλλὰ κυρώσασα ταῦτα διελύθη, τοὺς τετρακοσίους τρόπῳ τοιῷδε ὕστερον ἤδη εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσήγαγον. ἦσαν δ' Ἀθηναίων πάντες ἀεὶ, οἱ μὲν ἐπὶ τείχει, οἱ δ' ἐν τάξει, τῶν ἐν Δεκελείᾳ πολεμίων ἕνεκα, ἐφ' ὅπλοις. τῇ οὖν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τοὺς μὲν μὴ ξυνειδότας εἴασαν, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἀπελθεῖν, τοῖς δ' ἐν τῇ ξυνωμοσίᾳ εἴρητο ἡσυχῇ μὴ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις ἀλλ' ἄπωθεν περιμένειν,

popularem statum everterunt, primus fuit. Quamobrem opus a multis & prudentibus viris tractatum, quamvis esset arduum, tamen haud immerito successit. Arduum enim erat, populum Atheniensem centesimo fere ab exactis tyrannis anno libertate privare, qui non solum nullius imperio parebat, sed etiam plusquam huius temporis dimidio ipse aliis imperare consueverat.

LXIX. Postquam autem concio, nemine refragante, haec rata habuit, & dimissa fuit, coniuratorum principes aliquanto post illos quadringentos in curiam hoc modo introduxerunt. Athenienses omnes, partim quidem in muris, partim vero in stationibus, acie instructa assidue stabant, propter hostes apud Deceleam agentes. Illo igitur die eos quidem, qui coniurationis conscii non erant, abire permiserunt, quemadmodum consueverant. Coniurationis vero sociis clam praeceptum fuerat, ne in ipsis stationibus,

καὶ, ἤν τις ἐνίστηται τοῖς ποιουμένοις, λαβόντας τὰ ὅπλα μὴ ἐπιτρέπειν. ἦσαν δὲ καὶ Ἄνδριοι, καὶ Τήνιοι, καὶ Καρυστίων τριακόσιοι, καὶ Αἰγινητῶν τῶν ἐποίκων, οὓς οἱ Ἀθηναῖοι ἔπεμψαν οἰκήσοντας, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἥκοντες ἐν τοῖς ἑαυτῶν ὅπλοις, οἷς ταῦτα προείρητο. τούτων δὲ διατεταγμένων οὕτως, ἐλθόντες οἱ τετρακόσιοι, μετὰ ξιφιδίου ἀφανοῦς ἕκαστος, καὶ οἱ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν μετ' αὐτῶν Ἕλληνες νεανίσκοι (οἷς ἐχρῶντο εἴτι που δέοι χειρουργεῖν) ἐπέστησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ κυάμου βουλευταῖς, οὖσιν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ· καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐξιέναι, λαβοῦσι τὸν μισθόν. ἔφερον δὲ αὐτοῖς τοῦ ὑπολοίπου χρόνου πάντες αὐτοὶ, καὶ ἐξιοῦσιν ἐδίδοσαν.

ο'. Ὡς δὲ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἥ τε βουλὴ οὐδὲν ἀντει-

in quibus armati excubias agere solebant, permanerent, sed procul ab his starent, &, si quis iis, quae fierent, adversaretur, sumtis armis hoc ab eo fieri non permitterent. Quibus autem haec praecepta fuerant, & qui ad hoc ipsum peragendum cum suis armis venerant, fuerunt & Andrii, & Tenii, & Carystiorum trecenti, & ex Aeginetis illi coloni, quos Athenienses illic habitaturos miserant. His autem ita dispositis, illi quadringenti viri, cum occulto quique pugione profecti, comitantibus centum & viginti Graecis adolescentibus, (quibus utebantur, sicubi manu illorum ad caedem aliquam faciendam opus erat) senatores, qui in curia erant, & qui in suffragiis ferendis uti solebant fabis, circumsteterunt, ipsosque sumta sua mercede exire iusserunt. Attulerant autem ipsi mercedem reliqui totius superioris temporis, ipsisque exeuntibus eam dederunt.

LXX. Cum igitur senatus ex curia nihil refragatus hoc

ποῦσα ὑπεξῆλθε, καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται οὐδὲν ἐνεωτέριζον, ἀλλ᾽ ἡσύχαζον, οἱ δὲ τετρακόσιοι, ἐσελθόντες ἐς τὸ βουλευτήριον, τότε μὲν Πρυτάνεις τε σφῶν αὐτῶν ἀπεκλήρωσαν, καὶ ὅσα πρὸς τοὺς θεοὺς εὐχαῖς καὶ θυσίαις καθιστάμενοι ἐς τὴν ἀρχὴν ἐχρήσαντο. ὕστερον δὲ πολὺ μεταλλάξαντες τῆς τοῦ δήμου διοικήσεως, πλὴν τοὺς φεύγοντας οὐ κατῆγον, τοῦ Ἀλκιβιάδου ἕνεκα· τὰ δὲ ἄλλα, ἔνεμον κατὰ κράτος τὴν πόλιν. καὶ ἄνδρας τέ τινας ἀπέκτειναν οὐ πολλοὺς, οἳ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι εἶναι ὑπεξαιρεθῆναι, καὶ ἄλλους ἔδησαν, τοὺς δὲ καὶ μετέστησαν. πρός τε Ἆγιν τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέα, Mox a Feb. 27. ὄντα ἐν τῇ Δεκελείᾳ, ἐπεκηρυκεύοντο, λέγοντες διαλλαγῆναι βούλεσθαι, καὶ εἰκὸς εἶναι αὐτὸν σφίσι καὶ οὐκέτι τῷ ἀπίστῳ δήμῳ μᾶλλον ξυγχωρεῖν.

modo se subduxisset, & ceteri cives nihil innovarent, sed quiescerent; illi quadringenti in curiam ingressi tunc quidem Prytanes e suo corpore sortito constituerunt, & quibuscunque votis atque sacrificiis divini cultus gratia magistratus iniri solent, usi sunt. Postea vero valde immutata reipublicae administrandae ratione, qua populus ante utebatur, praeterquam quod exsules (Alcibiadis gratia) non restituerunt, ceteris in rebus civitatem imperiose regebant. Nonnullos etiam viros, haud multos tamen, interfecerunt, qui digni videbantur, qui clam de medio tollerentur; nonnullos etiam in vincula coniecerunt, quin etiam nonnullos relegaverunt. Ad Agidem quoque Lacedaemoniorum regem, qui erat apud Deceleam, caduceatorem miserunt, per quem significarunt, se in gratiam redire velle, & consentaneum esse, ipsum sibi, non autem amplius infido populo, magis quam prius assentiri.

οά. Ὁ δὲ, νομίζων τὴν πόλιν οὐχ ἡσυχάζειν, οὐδὲ εὐθὺς οὕτω τὸν δῆμον τὴν παλαιὰν ἐλευθερίαν παραδώσειν· εἴτε στρατιὰν πολλὴν ἴδοι σφῶν, οὐκ ἂν ἡσυχάσειν, οὐδὲ ἐν τῷ παρόντι πάνυ πιστεύων μὴ οὐκέτι ταράττεσθαι αὐτοὺς, τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν τετρακοσίων ἐλθοῦσιν οὐδὲν ξυμβατικὸν ἀπεκρίνατο, προσμεταπεμψάμενος δὲ ἐκ Πελοποννήσου στρατιὰν πολλὴν, οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ αὐτὸς τῇ ἐκ τῆς Δεκελείας φρουρᾷ μετὰ τῶν ἐλθόντων κατέβη πρὸς αὐτὰ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων· ἐλπίσας ἢ ταραχθέντας αὐτοὺς μᾶλλον ἂν χειρωθῆναι σφίσιν ἢ βούλονται, ἢ καὶ αὐτοβοεὶ ἂν, διὰ τὸν ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν κατὰ τὸ εἰκὸς γενησόμενον θόρυβον. τῶν γὰρ μακρῶν τειχῶν, διὰ τὴν κατ' αὐτὰ ἐρημίαν, λήψεως οὐκ ἂν ἁμαρτεῖν. ὡς δὲ προσέμιξέ τε ἐγγὺς, καὶ

LXXI. Ille vero, existimans civitatem nondum quietam esse, nec tam cito populum antiquam libertatem traditurum, nec quieturum, si magnum Lacedaemoniorum exercitum conspexisset, quin etiam ne in praesentia quidem admodum credens, eos non amplius turbari, illis quidem, qui a quadringentis missi fuerant, nullum de compositione responsum dedit: sed cum praeterea magnum exercitum ex Peloponneso arcessisset, non multo post & ipse cum illo praesidio, quod ad Deceleam erat, & cum novis copiis, quae venerant, ad ipsa Atheniensium moenia descendit, sperans, vel ipsos, dum essent turbati, in suam potestatem arbitratu suo facilius venturos, vel etiam primo statim impetu, simulac sui milites clamorem sustulissent, propter tumultum, quem intra pariter & extra fore credibile esset. Sibi enim non defuturam aliquam facultatem capiendi longos muros, propter solitudinem, quae es-

οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μὲν ἔνδοθεν οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν ἐκίνησαν, τοὺς δὲ ἱππέας ἐκπέμψαντες, καὶ μέρος τι τῶν ὁπλιτῶν καὶ ψιλῶν καὶ τοξοτῶν, ἄνδρας κατέβαλον αὐτῶν διὰ τὸ ἐγγὺς προσελθεῖν, καὶ ὅπλων τινῶν καὶ νεκρῶν ἐκράτησαν, οὕτω δὴ γνοὺς ἀπήγαγε πάλιν τὴν στρατιάν. καὶ αὐτὸς μὲν καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ κατὰ χώραν ἐν τῇ Δεκελείᾳ ἔμενον· τοὺς δ᾽ ἐπελθόντας, ὀλίγας τινὰς ἡμέρας ἐν τῇ γῇ μείναντας ἀπέπεμψαν ἐπ᾽ οἴκου. μετὰ δὲ τοῦτο, παρά τε τὸν Ἆγιν ἐπρεσβεύοντο οἱ τετρακόσιοι οὐδὲν ἧσσον, καὶ ἐκείνου μᾶλλον ἤδη προσδεχομένου καὶ παραινοῦντος, ἐκπέμπουσι καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα περὶ ξυμβάσεως πρέσβεις, βουλόμενοι διαλλαγῆναι. Martio exeunte.

οβ΄. Πέμπουσι δὲ καὶ ἐς τὴν Σάμον δέκα ἄνδρας, παραμυθησομένους τὸ στρατόπεδον, καὶ διδάξοντας ὡς Mox a Feb. 27.

ſet in ipſis. Sed cum ſuas copias propius moenia admoviſſet, & Athenienſes urbana praeſidia ne vel minimum quidem moviſſent, ſed, emiſſo equitatu ac parte quadam gravis & levis armaturae & ſagittariorum, nonnullos ipſorum hoſtium proſtraviſſent, quod ad urbem propius acceſſiſſent, & armis quibuſdam & cadaveribus potiti fuiſſent, ita demum Agis rei difficultatem cognoſcens, rurſus exercitum illinc reduxit. Atque ipſe quidem, & qui cum ipſo prius illic fuerant, in loco apud Deceleam manſerunt. Illos vero, qui praeterea venerant, poſtquam aliquot dies in eo agro commorati ſunt, domum remiſerunt. Poſtea vero quadringenti viri legatos ad Agin nihilominus miſerunt. Cum autem ille iam facilius admitteret, ac ipſos ad hoc adhortaretur, Lacedaemonem etiam legatos de compoſitione acturos emiſerunt, quod pacem facere cuperent.

LXXII. Samum etiam decem viros miſerunt, ut milites

οὐκ ἐπὶ βλάβῃ τῆς πόλεως καὶ τῶν πολιτῶν ἡ ὀλιγαρχία κατέστη, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ξυμπάντων πραγμάτων· πεντακισχίλιοί τε ὅτι εἶεν, καὶ οὐ τετρακόσιοι μόνον οἱ πράσσοντες, καίτοι οὐ πώποτε Ἀθηναίους διὰ τὰς στρατείας καὶ τὴν ὑπερόριον ἀσχολίαν ἐς οὐδὲν πρᾶγμα οὕτω μέγα ἐλθεῖν βουλεύσοντας, ἐν ᾧ πεντακισχιλίους ξυνελθεῖν. καὶ τἄλλα ἐπιστείλαντες τὰ πρέποντα εἰπεῖν, ἀπέπεμψαν εὐθὺς μετὰ τὴν αὑτῶν μετάστασιν, δείσαντες μὴ (ὅπερ ἐγένετο) ναυτικὸς ὄχλος, οὔτε αὐτὸς μένειν ἐν τῷ ὀλιγαρχικῷ κόσμῳ ἐθέλῃ, σφᾶς τε μὴ, ἐκεῖθεν ἀρξαμένου τοῦ κακοῦ, μεταστήσωσιν.

ογ'. Ἐν γὰρ τῇ Σάμῳ ἐνεωτερίζετο ἤδη τὰ περὶ τὴν ὀλιγαρχίαν, καὶ ξυνέβη τοιάδε γενέσθαι ὑπ' αὐτὸν τὸν

delinirent, ac docerent, non in perniciem reipublicae atque civium paucorum dominatum constitutum fuisse, sed ad universae reipublicae salutem stabiliendam: & esse quinque millia civium, non autem quadringentos tantum, qui rempublicam administrarent; cum tamen Athenienses nunquam antea propter expeditiones & in exteris regionibus occupationes ad ullam consultationem de re quantumvis ardua venissent, ad quam quinque millia civium convenissent. Cum autem & cetera, quae dicere decebat, suis legatis praecepissent, eos illuc statim ab ipsa sui status constitutione miserunt, veriti, ne (quod accidit) nautica multitudo, cum ipsa in paucorum dominatus statu manere nollet, tum etiam se ipsos, malo illic initium sumente, de eo statu deturbarent.

LXXIII. Etenim iam apud Samum de rebus novandis & de paucorum dominatu constituendo agebatur; & contigit, ut per idem tempus, quo illi quadringenti Athenis

χρόνον ὅνπερ οἱ τετρακόσιοι ξυνίσταντο. οἱ γὰρ τότε τῶν Σαμίων ἐπαναστάντες τοῖς δυνατοῖς, καὶ ὄντες δῆμος, μεταβαλλόμενοι αὖθις, καὶ πεισθέντες ὑπό τε τοῦ Πεισάνδρου ὅτε ἦλθε, καὶ τῶν ἐν τῇ Σάμῳ ξυνεστώτων Ἀθηναίων, ἐγένοντό τε ἐς τριακοσίους ξυνωμόται, καὶ ἔμελλον τοῖς ἄλλοις ὡς δήμῳ ὄντι ἐπιθήσεσθαι. καὶ Ὑπέρβολόν τέ τινα τῶν Ἀθηναίων, μοχθηρὸν ἄνθρωπον, ὠστρακισμένον οὐ διὰ δυνάμεως καὶ ἀξιώματος φόβον, ἀλλὰ διὰ πονηρίαν καὶ αἰσχύνην τῆς πόλεως, ἀποκτείνουσι, μετὰ Χαρμίνου τε ἑνὸς τῶν στρατηγῶν, καί τινων τῶν παρὰ σφίσιν Ἀθηναίων, πίστιν διδόντες αὐτοῖς. καὶ ἄλλα μετ' αὐτῶν τοιαῦτα ξυνέπραξαν· τοῖς τε πλείοσιν ὥρμηντο ἐπιτίθεσθαι. οἱ δὲ, αἰσθόμενοι, τῶν τε στρατηγῶν Λέοντι καὶ Διομέδοντι (οὗτοι γὰρ οὐχ ἑκόντες, διὰ

constituti sunt, haec apud Samum fierent. Qui enim ex Samiis in proceres insurrexerant, & qui statum popularem fovebant, quod is ex ipsorum multitudine constaret, rursus immutati, & a Pisandro, cum venit, & ab Atheniensibus coniuratis, qui Sami erant, inducti, ad trecentos coniurationem fecerunt, & ceteros ut factionem popularem aggredi statuerent. Et Hyperbolum quendam civem Atheniensem, improbum hominem, qui non propter potentiae ac dignitatis metum, sed propter improbitatem & dedecus civitatis in exsilium per ostracismum pulsus fuerat, interfecerunt, eos adiuvantibus Charmino, uno e ducibus, & quibusdam Atheniensibus, qui apud ipsos erant, quibus fidem dederant. Et alia huiusmodi facinora cum ipsis perpetrarunt: & factionem popularem aggredi statuerunt. Illa vero, cum sensisset, cum Leonti & Diomedonti ducibus (hi enim, quod a populari factione colerentur, inviti pau-

τὸ τιμᾶσθαι ὑπὸ τοῦ δήμου, ἔφερον τὴν ὀλιγαρχίαν) τὸ μέλλον σημαίνουσι, καὶ Θρασυβούλῳ καὶ Θρασύλλῳ, τῷ μὲν, τριηραρχοῦντι, τῷ δὲ, ὁπλιτεύοντι, καὶ ἄλλοις οἳ ἐδόκουν ἀεὶ μάλιστα ἐναντιοῦσθαι τοῖς ξυνεστῶσι· καὶ οὐκ ἠξίουν περιϊδεῖν αὐτοὺς σφᾶς τε διαφθαρέντας, καὶ Σάμον Ἀθηναίοις ἀλλοτριωθεῖσαν, δι' ἣν μόνον μέχρι νῦν ἡ ἀρχὴ αὐτοῖς ἐς τοῦτο ξυνέμεινεν. οἱ δὲ, ἀκούσαντες, τῶν στρατιωτῶν ἕνα ἕκαστον μετῄεσαν μὴ ἐπιτρέπειν, καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς Παράλους ἄνδρας Ἀθηναίους τε καὶ ἐλευθέρους πάντας ἐν τῇ νηῒ πλέοντας, καὶ ἀεὶ δήποτε ὀλιγαρχίᾳ καὶ μὴ παρούσῃ ἐπικειμένους· ὅ, τε Λέων καὶ ὁ Διομέδων αὐτοῖς ναῦς τινας ὁπότε ποι πλέοιεν, κατέλειπον φύλακας. ὥστε, ἐπειδὴ αὐτοῖς ἐπετίθεντο οἱ τριακόσιοι, βοηθησάντων πάντων τούτων, μά-

corum dominatum ferebant) id, quod futurum erat, significavit, tum Thrasybulo & Thrasyllo, quorum alter quidem erat trierarchus, alter vero gravis armaturae dux, tum etiam ceteris, qui videbantur semper maxime adversari illis coniuratis. Ipsos autem rogavit, ne paterentur se perire, & Samum ab Atheniensibus alienari, propter quam unam ipsorum imperium ad id usque tempus in eo statu permansisset. Illi vero, his auditis, singulos milites adierunt, & orarunt, ne hoc fieri permitterent, praecipue vero Paralos, homines Athenienses atque liberos omnes, qui in Paralo navi vehebantur, qui paucorum dominatui, vel antequam constitutus fuisset, semper infesti fuerant. Quamobrem Leon & Diomedon, quoties aliquo navigabant, aliquot naves relinquebant, quae ipsis praesidio essent. Quare, postquam illi trecenti coniurati ipsos invaserunt, cum isti omnes, praecipue vero Parali, opem ipsis tulissent, Sa-

λιστα δὲ τῶν Παράλων, περιεγένοντο οἱ τῶν Σαμίων πλείονες. καὶ τριάκοντα μέν τινας ἀπέκτειναν τῶν τριακοσίων, τρεῖς δὲ τοὺς αἰτιωτάτους φυγῇ ἐζημίωσαν· τοῖς δ᾽ ἄλλοις οὐ μνησικακοῦντες, δημοκρατούμενοι τολοιπὸν ξυνεπολίτευον.

οδ΄. Τὴν δὲ Πάραλον ναῦν, καὶ Χαιρέαν ἐπ᾽ αὐτῆς τὸν Ἀρχεστράτου, ἄνδρα Ἀθηναῖον, γενόμενον ἐς τὴν μετάστασιν πρόθυμον, ἀποπέμπουσιν οἵ τε Σάμιοι καὶ οἱ στρατιῶται κατὰ τάχος ἐς τὰς Ἀθήνας, ἀγγελοῦντα τὰ γεγενημένα. οὐ γὰρ ᾔδεσάν πω τοὺς τετρακοσίους ἄρχοντας. καὶ καταπλευσάντων αὐτῶν, τῶν μὲν Παράλων τινὰς οἱ τετρακόσιοι δύο ἢ τρεῖς ἔδησαν, τοὺς δὲ ἄλλους, ἀφελόμενοι τὴν ναῦν, καὶ μετεκβιβάσαντες εἰς ἄλλην στρατιῶτιν ναῦν, ἔταξαν φρουρεῖν περὶ Εὔ-

mii, qui factionem popularem sequebantur, horum praesidio muniti, eos superarunt. Et e trecentorum numero ad triginta interfecerunt, tres vero praecipuos auctores exsilio mulctarunt: ceteris vero, deposita iniuriarum acceptarum memoria, ignoverunt; &, restituto populari statu, rempublicam in posterum communiter administraverunt.

LXXIV. Paralum autem navem, & Chaeream Archestrati filium in eam impositum, virum Atheniensem, qui statui mutando egregiam operam navaverat, Samii & milites Atheniensium confestim Athenas miserunt, res Sami gestas Atheniensibus nuntiaturum. Nondum enim resciverant, quadringentos viros imperio potitos. Cum autem illi Athenas pervenissent, illi quadringenti nonnullos quidem de Paralis, duos aut tres, in vincula coniecerunt; ceteros vero, cum eam navem ipsis abstulissent, & ipsos in aliam militarem navem illinc transportatos imposuissent, circum

βοιαν. ὁ δὲ Χαιρέας, εὐθὺς διαλαθών πως, ὡς εἶδε τὰ παρόντα, πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἐλθὼν, ἀγγέλλει τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὸ μεῖζον πάντα δεινώσας τὰ ἐκ τῶν Ἀθηναίων, ὡς πληγαῖς τε πάντας ζημιοῦσι, καὶ ἀντειπεῖν ἔστιν οὐδὲν πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν πολιτείαν, καὶ ὅτι αὐτῶν καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες ὑβρίζονται· καὶ διανοοῦνται, ὁπόσοι τε ἐν Σάμῳ στρατεύονται μὴ ὄντες τῆς σφετέρας γνώμης, τούτων πάντων τοὺς προσήκοντας λαβόντες εἵρξειν, ἵνα ἢν μὴ ὑπακούσωσι, τεθνήκωσι· καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπικαταψευδόμενος ἔλεγεν.

οε'. Οἱ δ' ἀκούοντες, ἐπὶ τοὺς τὴν ὀλιγαρχίαν μάλιστα ποιήσαντας, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τοὺς μετασχόντας τὸ μὲν πρῶτον ὥρμησαν βάλλειν, ἔπειτα μέντοι,

Euboeam agere custodiam iusserunt. Chaereas vero, simulac animadvertit praesentem rerum statum, confestim clandestina quadam ratione se subducens, Samum reversus, retulit militibus, quae fierent Athenis, omnia verbis asperioribus exaggerans, omnes verberibus ab illis quadringentis mulctari, nec licere quidquam adversus eos dicere, qui rempublicam administrarent, quin etiam ipsorum uxores & liberos vim ab illis cum contumelia pati. In animo etiam habere, propinquos eorum omnium, qui apud Samum militarent, quotquot ab ipsis dissentirent, comprehensos in vincula coniicere, ut, si illorum imperio non parerent, ipsorum propinqui capite plecterentur. Alia etiam permulta mentiens adiecit.

LXXV. Milites autem, his auditis, primum quidem in eos, qui praecipue paucorum dominatum constituerant, & in ceteros, qui participes fuerant, impetum fecerunt, ut eos percuterent: deinde tamen ab illis, qui se interpo-

ὑπὸ τῶν διὰ μέσου κωλυθέντες, καὶ διδαχθέντες, μὴ, τῶν πολεμίων ἀντιπρώρων ἐγγὺς ἐφορμούντων, ἀπολέσωσι τὰ πράγματα, ἐπαύσαντο. μετὰ δὲ τοῦτο, λαμπρῶς ἤδη ἐς δημοκρατίαν βουλόμενοι καταστῆσαι τὰ ἐν τῇ Σάμῳ ὅ, τε Θρασύβουλος ὁ τοῦ Λύκου καὶ Θράσυλλος (οὗτοι γὰρ μάλιστα προειστήκεισαν τῆς μεταβολῆς) ὥρκωσαν πάντας τοὺς στρατιώτας τοὺς μεγίστους ὅρκους, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα, ἦ μὴν δημοκρατήσεσθαί τε καὶ ὁμονοήσειν, καὶ τὸν πρὸς τοὺς Πελοποννησίους πόλεμον προθύμως διοίσειν· καὶ τοῖς τετρακοσίοις πολέμιοί τε ἔσεσθαι, καὶ οὐδὲν ἐπικηρυκεύεσθαι. ξυνώμνυσαν δὲ καὶ Σαμίων πάντες τὸν αὐτὸν ὅρκον οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τὰ πράγματα πάντα καὶ τὰ ἀποβησόμενα ἐκ τῶν κινδύνων ξυνεκοινώσαντο οἱ στρατιῶται τοῖς Σαμίοις· νομίζοντες Init. Martii.

fuerunt, impediti, ac edocti, ne hostibus cum infesta classe stationem adversus Athenienses prope Samum habentibus, res omnes perderent, ab incoepto destiterunt. Postea vero Thrasybulus Lyci filius & Thrasyllus, (isti enim huius mutationis praecipui auctores exstiterant) iam aperte res Samias ad popularem statum revocare cupientes, omnes milites, & illos praecipue, qui ex paucorum dominatu erant, ad maximum iusiurandum adegerunt, quo promiserunt, se populari statu in reipublicae administratione posthac usuros & concordes futuros, & bellum adversus Peloponnesios alacriter gesturos; & illis quadringentis hostes futuros, nec ulla de re per caduceatorem cum illis acturos. Omnes etiam Samii, qui per aetatem arma ferre poterant, idem iusiurandum cum ceteris iuraverunt, & Atheniensium milites omnia negotia, & quae ex periculis

οὔτε ἐκείνοις ἀποστροφὴν σωτηρίας, οὔτε σφίσιν εἶναι· ἀλλ᾽ ἐάν τε οἱ τετρακόσιοι κρατήσωσιν, ἄν τε οἱ ἐκ Μιλήτου πολέμιοι, διαφθαρήσεσθαι.

ϛʹ. Ἐς φιλονεικίαν τε καθέστασαν τὸν χρόνον τοῦτον, οἱ μὲν, τὴν πόλιν ἀναγκάζοντες δημοκρατεῖσθαι, οἱ δὲ, τὸ στρατόπεδον ὀλιγαρχεῖσθαι. ἐποίησαν δὲ καὶ ἐκκλησίαν εὐθὺς οἱ στρατιῶται, ἐν ᾗ τοὺς προτέρους στρατηγοὺς, καὶ εἴ τινα τῶν τριηράρχων ὑπώπτευον, ἔπαυσαν, ἄλλους δὲ ἀνθείλοντο καὶ τριηράρχους καὶ στρατηγοὺς, ὧν Θρασύβουλός τε καὶ Θράσυλλος ὑπῆρχον. καὶ παραινέσεις ἄλλας τε ἐποιοῦντο ἐν σφίσιν ἀνιστάμενοι, καὶ ὡς οὐ δεῖ ἀθυμεῖν ὅτι ἡ πόλις αὐτῶν ἀφέστηκε. τοὺς γὰρ ἐλάσσους ἀπὸ σφῶν τῶν πλεόνων καὶ ἐς

eventura forent, cum Samiis communicaverunt; exiſtimantes, nec illis, nec ſibi ſalutis refugium eſſe, ſed utroſque perituros, ſive illi quadringenti viciſſent, ſive hoſtes, qui Mileti erant.

LXXVI. Atque tunc temporis in contentionem deſcenderunt: hi quidem, qui Sami erant, quod urbem Athenas populari ſtatu regi cogere conarentur; illi vero, qui Athenis erant, quod exercitum, qui Sami erat, paucorum dominatu regi cogere conarentur. Confeſtim etiam milites concionem coëgerunt, in qua ſuperiores duces, & ſi quem trierarchum ſuſpectum habebant, magiſtratu amoverunt, & in eorum locum alios ſuffecerunt & trierarchos & duces, quo in numero fuerunt Thraſybulus & Thraſyllus. Et ſurgentes cum aliis adhortationibus ſe mutuo adhortabantur, tum hac, qua dicebant, animum non eſſe abiiciendum, quod civitas a ſe defeciſſet. Illos enim, quorum numerus minor eſſet, a ſe, qui numero plures eſſent, & qui

πάντα πορίμωτέρων μεθιστάναι. ἐχόντων γὰρ σφῶν τὸ πᾶν ναυτικὸν, τὰς ἄλλας πόλεις ὧν ἄρχουσιν ἀναγκάσειν τὰ χρήματα ὁμοίως διδόναι, καὶ εἰ ἐκεῖθεν ὥρμηντο. πόλιν τε γὰρ σφίσιν ὑπάρχειν Σάμον, οὐκ ἀσθενῆ, ἀλλ' ἢ παρ' ἐλάχιστον ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης, ὅτε ἐπολέμησεν, ἀφελέσθαι, τούς τε πολεμίους ἐκ τοῦ αὐτοῦ χωρίου ἀμύνεσθαι οὗπερ καὶ πρότερον. καὶ δυνατώτεροι εἶναι σφεῖς, ἔχοντες τὰς ναῦς, πορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια τῶν ἐν τῇ πόλει. καὶ δι' ἑαυτούς τε ἐν τῇ Σάμῳ προσκαθημένους, καὶ πρότερον αὐτοὺς κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἔσπλου, καὶ νῦν ἐς τοσοῦτο καταστήσονται μὴ βουλόμενοι σφίσι πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι, ὥστε αὐτοὶ καὶ δυνατώτεροι εἶναι εἴργειν ἐκείνους τῆς θαλάσσης ἢ ὑπ' ἐκείνων εἴργεσθαι.

maiore rerum omnium copia abundarent, fecessionem fecisse. Se enim, qui totam classem haberent, ceteras civitates suo imperio subiectas adacturos ad pendendas pecunias, aeque ac si illinc, ex ipsa Athenarum urbe, ad eas exigendas proficiscerentur: (se enim habere Samum, civitatem non parum potentem, sed a qua minimum abfuerat, quin Athenienses suo maritimo imperio spoliarentur, dum bellum cum ipsis gereret) & hostium impetum ex eodem, quo & ante, loco propulsaturos. Quin etiam se, quod penes se classem haberent, maiorem commeatus comparandi facultatem habituros, quam illos, qui Athenis essent. Praeterea dicebant, ipsos, qui Athenis essent, propter se, qui apud Samum commorarentur, ingressu in Piraeeum potiri, & nunc eo redactum iri, ut, nisi suam rempublicam sibi restituere vellent, ipsi facilius illos maris usu prohiberent, quam ab illis prohiberi possent. Adiumentum

βραχύ τέ τι εἶναι καὶ οὐδενὸς ἄξιον ὃ πρὸς τὸ περιγίγνεσθαι τῶν πολεμίων ἡ πόλις σφίσι χρήσιμος ἦν· καὶ οὐδὲν ἀπολωλεκέναι, οἵ γε μήτε ἀργύριον ἔτι εἶχον πέμπειν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐπορίζοντο οἱ στρατιῶται, μήτε βούλευμα χρηστὸν, οὗπερ ἕνεκα πόλις στρατοπέδων κρατεῖ. ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις τοὺς μὲν ἡμαρτηκέναι, τοὺς πατρίους νόμους καταλύσαντας, αὐτοὺς δὲ σώζειν καὶ ἐκείνους πειράσεσθαι προσαναγκάζειν. ὥστε οὐδὲ τούτους οἵπερ ἂν βουλεύοιέν τι χρηστὸν παρὰ σφίσι, χείρους εἶναι. Ἀλκιβιάδην τε, ἢν αὐτῷ ἄδειάν τε καὶ κάθοδον ποιήσωσιν, ἄσμενον τὴν παρὰ βασιλέως ξυμμαχίαν παρέξειν. τό, τε μέγιστον, ἢν ἁπάντων σφάλλωνται, εἶναι αὐτοῖς τοσοῦτον ἔχουσι ναυτικὸν πολλὰς τὰς ἀποχωρήσεις, ἐν αἷς καὶ πόλεις καὶ γῆν εὑρήσουσι.

etiam, quod ad ſuperandos hoſtes ipſa civitas ſibi prius afferebat, parvum & plane contemnendum eſſe: ſeque nihil amiſiſſe, quod ab illis deſerti fuiſſent, qui nullam pecuniam amplius haberent, quam mitterent, ſed ipſimet milites ſibi quaeritarent, neque ſalubre conſilium, cuius cauſa civitas imperium in exercitus obtinet. Quin etiam illos quidem hac in re peccaſſe dicebant, quod patrias leges violaſſent: ſe vero eas ſervare, & praeterea ſe operam daturos, ut illos etiam has ſervare cogerent. Quare ne hos quidem, qui apud ſe aliquod ſalubre conſilium darent, quamvis eſſent plebeii, deteriores eſſe illis, qui erant ordinis ſenatorii. Alcibiadem quoque, ſi impunitatem ac reſtitutionem ei decreviſſent, regis ſocietatem ſibi lubenter conciliaturum. Quod autem maximum eſſet, ſi omnibus rebus ante commemoratis fruſtrarentur, non deeſſe illis tantam claſſem habentibus multa loca, in quibus & urbes & agrum invenirent.

οζ'. Τοιαῦτα ἐν ἀλλήλοις ἐκκλησιάσαντες, καὶ παραθαρσύναντες σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ τοῦ πολέμου παρεσκευάζοντο οὐδὲν ἧσσον. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον, οἱ δέκα πρεσβευταὶ, ὡς ταῦτα ἐν τῇ Δήλῳ ἤδη ὄντες ᾐσθάνοντο, ἡσύχαζον.

οη'. Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ ναυτικῷ στρατιῶται κατὰ σφᾶς αὐτοὺς διεβόων ὡς ὑπὸ Ἀστυόχου καὶ Τισσαφέρνους φθείρεται τὰ πράγματα· τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος οὔτε πρότερον ναυμαχεῖν, ἕως ἔτι αὐτοί τε ἔῤῥωντο μᾶλλον, καὶ τὸ ναυτικὸν τῶν Ἀθηναίων ὀλίγον ἦν, οὔτε νῦν, ὅτε στασιάζειν τε λέγονται, καὶ αἱ νῆες αὐτῶν οὐδέπω ἐν τῷ αὐτῷ εἰσὶν, ἀλλὰ τὰς παρὰ Τισσαφέρνους Φοι- Init. Martii.

LXXVII. Cum igitur his verbis in concione ſe mutuo allocuti fuiſſent, & ſe ipſos ad fiduciam animo concipiendam adhortati fuiſſent, res etiam ad bellum neceſſarias nihilo ſegnius apparare coeperunt. Illi vero decem legati, qui a quadringentis Samum miſſi fuerant, poſtquam haec ſenſerunt, cum iam in Delo eſſent, quieverunt, nec ulterius progreſſi ſunt.

LXXVIII. Per idem autem tempus & illi claſſiarii Peloponneſiorum milites, qui Mileti erant, rumorem inter ſe ſpargebant, res Peloponneſiacas ab Aſtyocho & Tiſſapherne perdi: quod ille quidem nec antea navale proelium committere voluiſſet, donec adhuc & ipſi vires maiores haberent, quam tunc, & Athenienſium claſſis parva eſſet, neque nunc pugnare vellet, dum Athenienſes ſeditione laborare dicerentur, necdum omnes ipſorum naves in eodem loco eſſent; ſed ipſi Peloponneſii propemodum attererentur, dum Phoeniſſas naves a Tiſſapherne, verbis

νίσσας ναῦς μένοντες, ἄλλως ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον κινδυνεύειν διατριβῆναι. τὸν δ' αὖ Τισσαφέρνην τάς τε ναῦς ταύτας οὐ κομίζειν, καὶ τροφὴν ὅτι οὐ ξυνεχῶς οὐδ' ἐντελῆ διδοὺς, κακοῖ τὸ ναυτικόν. οὔκουν ἔφασαν χρῆναι μέλλειν ἔτι, ἀλλὰ διαναυμαχεῖν. καὶ μάλιστα οἱ Συρακούσιοι ἐνῆγον.

οθ'. Αἰσθόμενοι δὲ οἱ ξύμμαχοι καὶ ὁ Ἀστύοχος τὸν θροῦν, καὶ δόξαν αὐτοῖς ἀπὸ ξυνόδου ὥστε διαναυμαχεῖν, ἐπειδὴ καὶ ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς ἡ ἐν τῇ Σάμῳ ταραχὴ, ἄραντες ταῖς ναυσὶ πάσαις, οὔσαις δώδεκα καὶ ἑκατὸν, καὶ τοὺς Μιλησίους πεζῇ κελεύσαντες ἐπὶ τῆς Μυκάλης παριέναι, ἔπλεον πρὸς τὴν Μυκάλην. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταῖς ἐκ Σάμου ναυσὶ δυοῖν καὶ ὀγδοήκοντα, αἳ ἔτυχον ἐν Γλαύκῃ τῆς Μυκάλης ὁρμοῦσαι, (διέχει

non re ipſa mittendas, fruſtra opperirentur. Tiſſaphernes vero, quod naves iſtas non adduceret, & Peloponneſiorum claſſem affligeret, quod ſtipendium nec aſſidue nec integrum perſolveret. Nequaquam igitur diutius cunctandum, ſed quamprimum navali proelio dimicandum eſſe, dicebant. Syracuſani autem praecipue inſtigabant.

LXXIX. Socii vero & Aſtyochus, cum rumorem iſtum ſenſiſſent, habitoque concilio proelium navale committendum eſſe cenſuiſſent, quandoquidem & ſeditio, quae Sami erat, ipſis nuntiabatur, illinc ſolventes cum omnibus navibus, quae numero centum ac duodecim erant, Mycalen verſus navigare coeperunt, & Mileſios itinere pedeſtri eodem proficiſci iuſſerunt. Athenienſes vero cum illis duabus & octoginta navibus, quas e Samo ſecum duxerant, quae in Glauce agri Mycaleſii ſtationem habebant, (ab hac autem parte, quae Mycalen ſpectat, Samus a conti-

δὲ ὀλίγον ταύτῃ ἡ Σάμος τῆς ἠπείρου πρὸς τὴν Μυκάλην) ὡς εἶδον τὰς τῶν Πελοποννησίων ναῦς ἐπιπλεούσας, ὑπεχώρησαν ἐς τὴν Σάμον, οὐ νομίσαντες τῷ πλήθει διακινδυνεῦσαι περὶ τοῦ παντὸς ἱκανοὶ εἶναι. καὶ ἅμα (προῄσθοντο γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῆς Μιλήτου ναυμαχησείοντας) προσεδέχοντο καὶ τὸν Στρομβιχίδην ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου σφίσι ταῖς ἐκ τῆς Χίου ναυσὶν ἐπ' Ἀβύδου ἀφικομέναις προσβοηθήσειν· προὔπεμπτο γὰρ αὐτῷ ἄγγελος. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐπὶ τῆς Σάμου ἀνεχώρησαν· οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, καταπλεύσαντες ἐπὶ Μυκάλης, ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ τῶν Μιλησίων καὶ τῶν πλησιοχώρων ὁ πεζός. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ, μελλόντων αὐτῶν ἐπιπλεῖν τῇ Σάμῳ, ἀγγέλλεται ὁ Στρομβιχίδης ταῖς ἀπὸ τοῦ Ἑλλησπόντου ναυσὶν ἀφιγμένος. καὶ εὐθὺς ἀπέπλεον πάλιν ἐπὶ τῆς Μιλήτου. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι,

nente parum diſtat) cum Peloponneſiorum naves contra ſe venientes vidiſſent, in Samum ſe receperunt, exiſtimantes, ſuarum numerum non ſatis eſſe firmum ad belli fortunam de ſumma rerum periclitandam. Simul etiam (praeſenſerant enim, ipſos hoſtes Mileto venire, proelium navale committere cupientes) exſpectabant & ipſum Strombichidem ex Helleſponto cum ea claſſe, quae ex Chio Abydum profecta fuerat, venturum ad opem ſibi ferendam. Nuntius enim ad ipſum praemiſſus fuerat. Atque illi quidem ſic in Samum ſe receperunt. Peloponneſii vero, claſſe ad Mycalen appulſa, illic caſtra poſuerunt, & cum ipſis Mileſiorum & accolarum peditatus. Poſtridie vero, cum adverſus Samum navigare ſtatuiſſent, nuntiatum eſt ipſis, Strombichidem ex Helleſponto cum ſua claſſe Samum revertiſſe. Quare confeſtim Miletum redierunt. Sed Athe-

προσγενομένων σφίσι τῶν νεῶν, ἐπίπλουν αὐτοὶ ποιοῦνται τῇ Μιλήτῳ ναυσὶν ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν, βουλόμενοι διαναυμαχῆσαι· καὶ ὡς οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντανήγετο, ἀπέπλευσαν πάλιν ἐς τὴν Σάμον.

Paulo post init. Martii.

π΄. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει μετὰ τοῦτο εὐθὺς οἱ Πελοποννήσιοι, ἐπειδὴ ἀθρόαις ταῖς ναυσὶν οὐκ ἀξιόμαχοι νομίσαντες εἶναι οὐκ ἀντανήγοντο, ἀπορήσαντες ὁπόθεν τοσαύταις ναυσὶ χρήματα ἕξουσιν, ἄλλως τε καὶ Τισσαφέρνους κακῶς διδόντος, ἀποστέλλουσιν ὡς τὸν Φαρνάβαζον (ὥσπερ καὶ τοπρῶτον ἐκ τῆς Πελοποννήσου προσετάχθη) Κλέαρχον τὸν Ῥαμφίου, ἔχοντα ναῦς τεσσαράκοντα. ἐπεκαλεῖτο γὰρ αὐτοὺς ὁ Φαρνάβαζος, καὶ τροφὴν ἕτοιμος ἦν παρέχειν· καὶ ἅμα καὶ τὸ Βυζάντιον ἐπεκηρυκεύετο αὐτοῖς ἀποστῆναι. καὶ αἱ μὲν τῶν Πελο-

nienſes, poſt alterius claſſis acceſſionem, ipſi cum centum & octo navibus Miletum invadere ſtatuerunt, eo animo, ut navali proelio dimicarent. Sed cum nullus ipſis obviam prodiret, rurſus in Samum ſe receperunt.

LXXX. Poſt haec autem, eadem aeſtate, ſtatim Peloponneſii, quoniam cum omnibus ſuis navibus obviam hoſtibus non prodierant, exiſtimantes ſe non ſatis virium habere ad proelium cum illis committendum, inopes conſilii unde pecunias haberent, quas tot navibus ſuppeditarent, praeſertim quod Tiſſaphernes claſſi ſtipendium male perſolveret, mittunt ad Pharnabazum (quemadmodum & initio ex Peloponneſo praeceptum fuerat) Clearchum Ramphii filium cum quadraginta navibus. Pharnabazus enim ipſos evocaverat, & ſtipendium praebere paratus erat: ſimul etiam per legatos ipſis ſignificabat, Byzantium defectionem facturum. Hae autem Peloponneſiorum naves,

πονησίων αὗται νῆες ἀπάρασαι ἐς τὸ πέλαγος, ὅπως λάθοιεν ἐν τῷ πλῷ τοὺς Ἀθηναίους, χειμασθεῖσαι, καὶ αἱ μὲν Δῆλου λαβόμεναι αἱ πλείους μετὰ Κλεάρχου. καὶ ὕστερον πάλιν ἐλθοῦσαι ἐς Μίλητον (Κλέαρχος δὲ κατὰ γῆν αὖθις ἐς τὸν Ἑλλήσποντον κομισθεὶς ἦρχεν) αἱ δὲ μετὰ Ἑλίξου τοῦ Μεγαρέως στρατηγοῦ δέκα, ἐς τὸν Ἑλλήσποντον διασωθεῖσαι, Βυζάντιον ἀφιστᾶσι· καὶ μετὰ ταῦτα οἱ ἐκ τῆς Σάμου πέμπουσιν αἰσθόμενοι νεῶν βοήθειαν καὶ φυλακὴν, ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. καί τις καὶ ναυμαχία βραχεῖα γίγνεται πρὸ τοῦ Βυζαντίου, ναυσὶν ὀκτὼ πρὸς ὀκτώ.

πα΄. Οἱ δὲ προεστῶτες ἐν τῇ Σάμῳ, καὶ μάλιστα Θρασύβουλος, ἀεί τε τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος, ἐπειδὴ μετέστησε τὰ πράγματα, ὥστε κατάγειν Ἀλκι-

cum e portu solvissent & altum petiissent, ut Athenienses in conficiendo navigationis cursu laterent, tempestate iactatae, atque aliae quidem, atque adeo illarum pleraeque, quibus Clearchus praeerat, cum Delum tenuissent, & postea Miletum rediissent: (Clearchus autem in Hellespontum itinere terrestri reversus imperium obtinebat) illae vero decem, quibus Helixus Megarensis praeerat, cum in Hellespontum evasissent, Byzantium ad defectionem faciendam impulerunt. Postea vero Athenienses, qui Sami stativa habebant, cum hoc intellexissent, auxilio atque praesidio loci classem in Hellespontum miserunt. Quin etiam leve quoddam navale proelium inter Peloponnesios & Athenienses, octonis utrinque navibus ante Byzantium commissum est.

LXXXI. Qui autem apud Samum rebus praeerant, praecipue vero Thrasybulus, cum semper alias, tum vero postquam reipublicae statum immutavit, in sua pristina sen-

βιάδην, καὶ τέλος ἀπ᾽ ἐκκλησίας ἔπεισε τὸ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν. καὶ ψηφισαμένων αὐτῶν Ἀλκιβιάδῃ κάθοδον καὶ ἄδειαν, πλεύσας ὡς τὸν Τισσαφέρνην, κατῆγεν ἐς τὴν Σάμον τὸν Ἀλκιβιάδην· νομίζων μόνην σωτηρίαν εἰ Τισσαφέρνην αὐτοῖς μεταστήσειεν ἀπὸ Πελοποννησίων. γενομένης δὲ ἐκκλησίας, τήν τε ἰδίαν ξυμφορὰν τῆς φυγῆς ἐπῃτιάσε καὶ ἀνωλοφύρατο ὁ Ἀλκιβιάδης· καὶ περὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ εἰπὼν, ἐς ἐλπίδας γε αὐτοὺς οὐ μικρὰς περὶ τῶν μελλόντων καθίστη· καὶ ὑπερβάλλων ἐμεγάλυνε τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν παρὰ τῷ Τισσαφέρνει, ἵνα οἵ τε οἴκοι τὴν ὀλιγαρχίαν ἔχοντες φοβοῖντο αὐτὸν, καὶ μᾶλλον αἱ ξυνωμοσίαι διαλυθεῖεν· καὶ οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τιμιώτερόν τε αὐτὸν ἄγοιεν, καὶ αὐτοὶ ἐπιπλεῖον θαρσοῖεν· οἵ τε πολέμιοι τῷ Τισσαφέρνει ὡς μάλιστα διαβάλλοιντο, καὶ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐλπίδων

tentia permanſit, ut Alcibiadem reduceret, ac tandem militum multitudinem in concione ad hoc faciendum induxit. Cum autem illi reſtitutionem ac impunitatem Alcibiadi decreviſſent, Thraſybulus ad Tiſſaphernem profectus, Alcibiadem Samum deduxit; exiſtimans, hanc unam eſſe ſalutis ſpem, ſi Alcibiades Tiſſaphernem a Peloponneſiis alienatum ad ſe traduceret. Concione autem coacta, Alcibiades exſilii ſui calamitatem queſtus eſt ac deploravit, multaque locutus de republica ipſos in non parvam futurorum ſpem adduxit: & ſupra modum ſuam apud Tiſſaphernem gratiam amplificavit; ut & illi, qui domi paucorum dominatum habebant, ipſum formidarent, & coniurationes magis diſſolverentur; & qui Sami erant, ipſum magis honorarent, ipſique maiorem fiduciam animis conciperent; utque Tiſſaphernis hoſtes in maximam invidiam incurre-

ἐκπίπτοιεν. ὑπισχνεῖτο δ' οὖν τάδε μέγιστα ἐπικομπῶν ὁ Ἀλκιβιάδης, ὡς Τισσαφέρνης αὐτῷ ὑπεδέξατο, ἦ μὴν, ἕως ἄν τι τῶν ἑαυτοῦ λείπηται, ἢν Ἀθηναίοις πιστεύῃ, μὴ ἀπορήσειν αὐτοὺς τροφῆς, οὐδ' ἢν δέῃ τελευτῶντα τὴν ἑαυτοῦ στρωμνὴν ἐξαργυρῶσαι· τάς τε ἐν Ἀσπένδῳ ἤδη οὔσας Φοινίκων ναῦς κομιεῖν Ἀθηναίοις, καὶ οὐ Πελοποννησίοις. πιστεῦσαι δ' ἂν μόνως Ἀθηναίοις εἰ αὐτὸς κατελθὼν αὐτῷ ἀναδέξαιτο.

πβ'. Οἱ δὲ, ἀκούοντες ταῦτά τε καὶ ἄλλα πολλὰ, στρατηγόν τε αὐτὸν εὐθὺς εἵλοντο μετὰ τῶν προτέρων, καὶ τὰ πράγματα πάντα ἀνετίθεσαν. τήν τε παραυτίκα ἐλπίδα ἕκαστος τῆς τε σωτηρίας καὶ τῆς τῶν τετρακοσίων τιμωρίας, οὐδενὸς ἀντηλλάξαντο· καὶ ἑτοῖμοι ἤδη

rent, & ex ſpe, quam conceperant, deiicerentur. Alcibiades igitur maxima cum iactatione haec pollicebatur, aſſeverans, Tiſſaphernem ſibi recepiſſe nimirum, quoad aliquid ſuarum facultatum reliquum foret, ſi modo Athenienſibus confideret, ipſos nulla ſtipendii inopia laboraturos, ne ſi oporteret quidem ad extremum ſuum ipſius lectum ad pecuniam inde cogendam vendere: naves quoque Phoenicum, quae iam Aſpendi eſſent, ad Athenienſes, non ad Peloponneſios adducturum. Se autem ita demum fidem Athenienſibus habiturum, ſi ipſe reverſus, ipſi Tiſſapherni Athenienſium nomine recepiſſet, ac illos id facturos ſpopondiſſet.

LXXXII. Illi vero, cum & haec & alia multa audiſſent, confeſtim & ipſum in ſuperiorum imperatorum collegium cooptaverunt, & res omnes ad illos detulerunt. Spem autem, quam ſinguli cum de ſua ſalute, tum de quadringentis ulciſcendis, ſubito conceperunt, cum nulla re

ἦσαν κατὰ τὸ αὐτίκα τούς τε παρόντας πολεμίους ἐκ τῶν λεχθέντων καταφρονεῖν, πλεῖν τε ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ. ὁ δὲ, τὸ μὲν ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ πλεῖν, τοὺς ἐγγυτέρω πολεμίους ὑπολιπόντας, καὶ πάνυ διεκώλυσε, πολλῶν ἐπειγομένων· τὰ δὲ τοῦ πολέμου πρῶτον ἔφη, ἐπειδὴ καὶ στρατηγὸς ᾕρητο, πλεύσας ὡς Τισσαφέρνην, πράξειν. καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς ἐκκλησίας εὐθὺς ᾤχετο, ἵνα δοκῇ πάντα μετ᾽ ἐκείνου κοινοῦσθαι, καὶ ἅμα βουλόμενος αὐτῷ τιμιώτερός τε εἶναι, καὶ ἐνδείκνυσθαι ὅτι καὶ στρατηγὸς ἤδη ᾕρηται, καὶ εὖ καὶ κακῶς οἷός τε ἐστὶν αὐτὸν ποιεῖν. ξυνέβαινε δὲ τῷ Ἀλκιβιάδῃ, τῷ μὲν Τισσαφέρνει τοὺς Ἀθηναίους φοβεῖν, ἐκείνοις δὲ τὸν Τισσαφέρνην.

πγ΄. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ἐν τῇ Μιλήτῳ πυνθανόμενοι τὴν Ἀλκιβιάδου κάθοδον, καὶ πρότερον τῷ Τισσαφέρνει ἀπιστοῦντες, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἔτι διεβέβληντο.

commutassent. Et propter ea, quae dicta fuerant, iam tum erant parati, contemtis hostibus, qui aderant, in Piraeeum navigare. Ille vero, quamvis alii multi instarent, navigationem quidem in Piraeeum, omissis hostibus, qui propius essent, vel maxime impedivit. Sed quandoquidem ipse creatus esset imperator, se primum ad Tissaphernem iturum, & belli negotia confecturum, dixit. Confestim autem post istam concionem abiit, ut videretur omnia cum illo communicare, simul etiam quod apud illum in maiore honore esse cuperet, & ostentare, se etiam imperatorem iam creatum esse, illique & prodesse & obesse posse. Contigit autem Alcibiadi, ut per Tissaphernem quidem Athenienses terrefaceret, per illos vero Tissaphernem.

LXXXIII. Peloponnesii autem, qui Mileti erant, audito Alcibiadis reditu, cum & antea Tissapherni diffiderent,

ξυνηνέχθη γὰρ αὐτοῖς καὶ τὸν ἐπὶ τὴν Μίλητον Ἀθηναίων ἐπίπλουν, ὡς οὐκ ἠθέλησαν ἀνταναγαγόντες ναυμαχῆσαι, πολλῷ ἐς τὴν μισθοδοσίαν τὸν Τισσαφέρνην ἀῤῥωστότερον γενόμενον, καὶ ἐς τὸ μισεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν πρότερον ἔτι τούτων διὰ τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπιδεδωκέναι. καὶ ξυνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους οἷάπερ καὶ πρότερον οἱ στρατιῶται ἀνελογίζοντο, καί τινες τῶν ἄλλων τῶν ἀξίων λόγου ἀνθρώπων, καὶ οὐ μόνον τὸ στρατιωτικὸν, ὡς οὔτε μισθὸν ἐντελῆ πώποτε λάβοιεν, τό, τε διδόμενον, βραχὺ, καὶ οὐδὲ τοῦτο ξυνεχῶς· καὶ εἰ μή τις ἢ διαναυμαχήσει, ἢ ἀπαλλάξεται ὅθεν τροφὴν ἕξει, ἀπολείψειν τοὺς ἀνθρώπους τὰς ναῦς· πάντων τε Ἀστύοχον εἶναι αἴτιον, ἐπιφέροντα ὀργὰς Τισσαφέρνει διὰ ἴδια κέρδη.

tunc vero multo magis ei obtrectare coeperunt. Accidit enim ipsis, ut Tissaphernes (quod, quo tempore Athenienses cum infesta classe adversus Miletum iverunt, obviam illis prodire, & navale proelium committere noluissent) ad stipendium ipsis persolvendum longe languidior factus, ipsis etiam Alcibiadis opera, vel multo ante haec, longe magis esset invisus. Quamobrem milites inter se convenientes considerabant, quae vel prius secum ipsi reputabant, quin etiam alii quidam auctoritatis non contemnendae viri, nec soli gregarii milites, quod nec integrum stipendium unquam acciperent, & quod daretur, exiguum esset, & ne hoc quidem assidue persolveretur, & nisi quis aut navali proelio dimicaret, aut illinc discederet, ac eo proficisceretur, unde stipendium haberet, naves ab hominibus desertum iri dicebant: omnium autem Astyochum auctorem esse, qui quaestus privati gratia Tissapherni morem gereret.

πδ'. Ὄντων δ' αὐτῶν ἐν τοιούτῳ ἀναλογισμῷ, ξυνηνέχθη καὶ τοιόσδε τις θόρυβος περὶ τὸν Ἀστύοχον. τῶν γὰρ Συρακουσίων καὶ Θουρίων, ὅσῳ μάλιστα καὶ ἐλεύθεροι ἦσαν τὸ πλῆθος οἱ ναῦται, τοσούτῳ καὶ θρασύτατα προσπεσόντες τὸν μισθὸν ἀπῄτουν. ὁ δὲ αὐθαδέστερόν τε τὶ ἀπεκρίνατο, καὶ ἠπείλησε καὶ τῷ γε Δωριεῖ ξυναγορεύοντι τοῖς ἑαυτοῦ ναύταις, καὶ ἐπανήρατο τὴν βακτηρίαν. τὸ δὲ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν ὡς εἶδον, οἷα δὴ ναῦται, ὥρμησαν ἐγκραγόντες ἐπὶ τὸν Ἀστύοχον, ὥστε βάλλειν. ὁ δὲ, προϊδὼν, καταφεύγει ἐπὶ βωμόν τινα. οὐ μέντοι ἐβλήθη γε, ἀλλὰ διελύθησαν ἀπ' ἀλλήλων. ἔλαβον δὲ καὶ τὸ ἐν Μιλήτῳ ἐνῳκοδομημένον τοῦ Τισσαφέρνους φρούριον οἱ Μιλήσιοι, λάθρα ἐπιπεσόντες, καὶ τοὺς ἐνόντας φύλακας αὐτοῦ ἐκβάλλουσι. ξυνεδόκει δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις ταῦτα, καὶ οὐχ

LXXXIV. Dum autem ipsi secum ita ratiocinarentur, quidam etiam huiusmodi tumultus in Astyochum concitatus est. Nam Syracusanorum ac Thuriorum nautae, quo liberior multitudo erat, eo etiam confidentius ingruentes stipendium reposcebant. Ille vero quoddam arrogantius responsum ipsis reddidit, quin etiam interminatus est Dorieo suis nautis patrocinanti, & scipionem sustulit, eum percussurus. Cum autem multitudo hoc animadvertisset, ut nautae clamore simul sublato in Astyochum impetum fecerunt, ut eum ferirent. Quod ille praevidens, ad aram quandam confugit. Non tamen percussus fuit; sed alii ab aliis diremti discesserunt. Quin etiam Milesii Tissaphernis castellum Mileti exstructum clam aggressi ceperunt; & praesidium, quod illic erat, eiecerunt. Haec autem cum alii socii, tum vero praecipue Syracusani comprobaverunt.

κιστα τοῖς Συρακουσίοις. ὁ μέντοι Λίχας οὔτε ἠρέσκετο αὐτοῖς, ἔφη τε χρῆναι Τισσαφέρνει καὶ δουλεύειν Μιλησίους, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τῇ βασιλέως, τὰ μέτρια, καὶ ἐπιθεραπεύειν, ἕως ἂν τὸν πόλεμον εὖ θῶνται. οἱ δὲ Μιλήσιοι ὠργίζοντό τε αὐτῷ, καὶ διὰ ταῦτα καὶ δι' ἄλλα τοιουτότροπα, νόσῳ ὕστερον ἀποθανόντα αὐτὸν οὐκ εἴασαν θάψαι οὗ ἐβούλοντο οἱ παρόντες τῶν Λακεδαιμονίων.

πε΄. Κατὰ δὴ τοιαύτην διαφορὰν ὄντων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων, πρός τε τὸν Ἀστύοχον καὶ τὸν Τισσαφέρνην Μίνδαρος διάδοχος τῆς Ἀστυόχου ναυαρχίας ἐκ Λακεδαίμονος ἐπῆλθε, καὶ παραλαμβάνει τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ Ἀστύοχος ἀπέπλει. ξυνέπεμψε δὲ καὶ Τισσαφέρνης αὐτῷ πρεσβευτὴν τῶν παρ' ἑαυτοῦ, Γαυλείτην ὄνομα, Κᾶρα, δίγλωσσον, κατηγορήσοντα τῶν τε Μιλησίων

Lichae tamen haec displicebant, & dicebat oportere Milesios, & alios, qui essent in regis ditione, Tissapherni inservire ac obsequi in iis, quae moderata essent, donec bellum feliciter administrassent. Milesii vero ipsi succensebant, & cum ob ista, tum ob alia huiusmodi, ipsum postea morbo defunctum humari non permiserunt in eo loco, ubi Lacedaemonii, qui praesentes aderant, eum humari volebant.

LXXXV. Cum igitur ipsi Peloponnesii res in huiusmodi controversia adversus Astyochum & Tissaphernem exorta constitutas haberent, Mindarus Astyochi navarchiae successor Lacedaemone supervenit, ac imperium accepit: Astyochus vero discessit. Cum ipso autem Tissaphernes quendam ex iis, quos secum habebat, Gauletem nomine,

περὶ τοῦ φρουρίου, καὶ περὶ αὐτοῦ ἅμα ἀπολογησόμενον· εἰδὼς τούς τε Μιλησίους πορευομένους ἐπὶ καταβοῇ τῇ αὐτοῦ μάλιστα, καὶ τὸν Ἑρμοκράτην μετ᾽ αὐτῶν, ὃς ἔμελλε τὸν Τισσαφέρνην ἀποφαίνειν φθείροντα τῶν Πελοποννησίων τὰ πράγματα μετὰ Ἀλκιβιάδου, καὶ ἐπαμφοτερίζοντα. ἔχθρα δὲ πρὸς αὐτὸν ἦν αὐτῷ ἀεί ποτε περὶ τοῦ μισθοῦ τῆς ἀποδόσεως. καὶ τὰ τελευταῖα, φυγόντος ἐκ Συρακουσῶν τοῦ Ἑρμοκράτους, καὶ ἑτέρων ἡκόντων ἐπὶ τὰς ναῦς τῶν Συρακουσίων ἐς τὴν Μίλητον στρατηγῶν, Ποτάμιδος καὶ Μύσκωνος καὶ Δημάρχου, ἐνέκειτο ὁ Τισσαφέρνης φυγάδι ὄντι ἤδη τῷ Ἑρμοκράτει πολλῷ ἔτι μᾶλλον, καὶ κατηγόρει ἄλλα τε, καὶ ὡς χρήματα ποτὲ αἰτήσας αὐτὸν, καὶ οὐ τυχὼν, τὴν ἔχθραν οἱ προθεῖτο. ὁ μὲν οὖν Ἀστύοχος καὶ οἱ Μιλήσιοι καὶ ὁ Ἑρμοκράτης ἀπέπλευσαν ἐς τὴν Λακεδαίμονα· ὁ δὲ

Cara, legatum mifit, utriufque linguae gnarum, cum Milefios de caftello accufaturum, tum etiam fimul fe purgaturum. Sciebat enim, Milefios illuc proficifci eo potiffimum animo, ut in fe inveherentur, & Hermocratem cum ipfis, qui demonftraturus effet, Tiffaphernem cum Alcibiade res Peloponnefiorum labefactare, & ancipitis fidei effe. Inimicitiae enim ipfi cum illo femper intercedebant propter ftipendii folutionem. Quin etiam tandem, cum Hermocrates Syracufis exfularet, aliique duces, Potamis, Myfcon, & Demarchus, Miletum ad Syracufanorum claffem veniffent, Tiffaphernes Hermocrati iam exfulanti multo acrius inftabat, ipfique cum alia crimini dabat, tum vero quod, cum aliquando pecuniam a fe poftulaffet, nec impetraffet, inimicitias fecum gereret. Aftyochus igitur & Milefii

λκιβιάδης διεβεβήκει ἤδη παρὰ τοῦ Τισσαφέρνους
; τὴν Σάμον.

πστ΄. Καὶ οἱ ἐκ τῆς Δήλου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων
ρεσβευταὶ, οὓς τότε ἔπεμψαν παραμυθησομένους, καὶ
ναδιδάξοντας τοὺς ἐν τῇ Σάμῳ, ἀφικνοῦνται παρόντος
ῦ Ἀλκιβιάδου· καὶ ἐκκλησίας γενομένης, λέγειν ἐπ-
ςείρουν. οἱ δὲ στρατιῶται τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελον
ιούειν, ἀλλ᾽ ἀποκτείνειν ἐβόων τοὺς τὸν δῆμον κατα-
ύοντας. ἔπειτα μέντοι μόλις ἡσυχάσαντες, ἤκουσαν.
δ᾽ ἀπήγγελον ὡς οὔτε ἐπὶ διαφθορᾷ τῆς πόλεως ἡ
τάστασις γένοιτο, ἀλλ᾽ ἐπὶ σωτηρίᾳ, οὐδ᾽ ἵνα τοῖς
λεμίοις παραδοθῇ. ἐξεῖναι γὰρ ὅτε ἐσέβαλον ἤδη σφῶν
χόντων τοῦτο ποιῆσαι. τῶν τε πεντακισχιλίων ὅτι πάν-
ἐν τῷ μέρει μεθέξουσιν, οἵ τε οἰκεῖοι αὐτῶν οὐδ᾽ ὑβρί-

Hermocrates Lacedaemonem petierunt. Alcibiades vero
a Tiſſapherne Samum redierat.

.XXXVI. Legati autem, quos quadringenti tunc miſe-
t ad deliniendos & accurate docendos eos, qui Sami
ıt, dum Alcibiades illic adeſſet, ex Delo advenerunt.
coacta concione, verba facere conabantur. Milites ve-
primum quidem eos audire nolebant: ſed eos, qui po-
ırem ſtatum ſuſtuliſſent, interficiendos eſſe vocifera-
:ur. Deinde tamen aegre ſedato tumultu eos audierunt.
vero nuntiarunt, hanc ſtatus immutationem non in rei-
licae perniciem, ſed publicae ſalutis cauſa factam fuiſ-
nec ut civitas hoſtibus proderetur. Se enim, cum ho-
in agrum Atticum irrupiſſent, id facere potuiſſe, quod
rium iam obtinerent. Futurum autem, ut, quotquot
ınquo millium numero eſſent, per vices eiuſdem di-
tis participes eſſent. Neque vero propinquos ipſorum

ζονται, (ὥσπερ Χαιρέας διαβάλλων ἀπήγγελεν) οὔτε κακὸν ἔχουσιν οὐδὲν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς σφετέροις αὐτῶν ἕκαστοι κατὰ χώραν μένουσιν. ἄλλα τε πολλὰ εἰπόντων, οὐδὲν μᾶλλον ἐσήκουον, ἀλλ' ἐχαλέπαινον· καὶ γνώμας ἄλλοι ἄλλας ἔλεγον, μάλιστα δὲ ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ πλεῖν. καὶ ἐδόκει Ἀλκιβιάδης πρῶτος τότε καὶ οὐδενὸς ἔλασσον τὴν πόλιν ὠφελῆσαι. ὡρμημένων γὰρ τῶν ἐν Σάμῳ Ἀθηναίων πλεῖν ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς, (ἐν ᾧ σαφέστατα Ἰωνίαν καὶ Ἑλλήσποντον εὐθὺς εἶχον οἱ πολέμιοι) κωλυτὴς γενέσθαι καὶ ἐν τῷ τότε ἄλλος μὲν οὐδ' ἂν εἷς ἱκανὸς ἐγένετο κατασχεῖν τὸν ὄχλον, ἐκεῖνος δὲ τοῦ τ' ἐπίπλου ἔπαυσε, καὶ τοὺς ἰδίᾳ τοῖς πρέσβεσιν ὀργιζομένους λοιδορῶν ἀπέτρεπεν· αὐτὸς δὲ ἀποκρινάμενος

aut contumeliam pati, (quemadmodum Chaereas criminando retulisset) aut ullo malo affici; sed unumquemque in suis possessionibus & suo loco quiete manere. Cum autem & alia multa commemorássent, nihilo magis tamen eos audire voluerunt; sed indignabantur. Et alii alias sententias dicebant; praecipue vero de navigatione in Piraeeum suscipienda. Tunc autem Alcibiades primus, & ita, ut nemo magis, de republica bene meritus fuisse visus est. Cum enim Athenienses, qui Sami erant, adversus se ipsos animi quodam impetu navigare statuissent, (quod si fecissent, hostes confestim Ioniam & Hellespontum in suam potestatem planissime redegissent) hoc illorum consilium atque conatum visus est impedivisse. Tunc autem nullus alius illam multitudinem compescere potuisset. Ille vero & illud navigationis infestae studium sedavit, & eos, qui legatis privatim irascebantur, increpans, deterruit. Ipse autem solus legatos dimisit, cum ipsis respondisset, se non

αὐτοῖς ἀπέπεμπεν ὅτι τοὺς μὲν πεντακισχιλίους οὐ κωλύοι ἄρχειν, τοὺς μέντοι τετρακοσίους ἐκέλευεν ἀπαλλάσσειν αὐτοὺς, καὶ καθιστάναι τὴν βουλὴν ὥσπερ καὶ πρότερον τοὺς πεντακοσίους. εἰ δὲ ἐς εὐτέλειάν τι ξυντέτμηται, ὥστε τοὺς στρατευομένους μᾶλλον ἔχειν τροφὴν, πάνυ ἐπαινεῖν. καὶ τἄλλα ἐκέλευεν ἀντέχειν, καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τοῖς πολεμίοις. πρὸς μὲν γὰρ σφᾶς αὐτοὺς σωζομένης τῆς πόλεως, πολλὴν ἐλπίδα εἶναι ξυμβῆναι· εἰ δὲ ἅπαξ τὸ ἕτερον σφαλήσεται, ἢ τὸ ἐν Σάμῳ, ἢ ἐκεῖνο, οὐδ᾽ ὅτῳ διαλλαγήσεταί τις ἔτι ἔσεσθαι. παρῆσαν δὲ καὶ Ἀργείων πρέσβεις, ἐπαγγελλόμενοι τῷ ἐν τῇ Σάμῳ τῶν Ἀθηναίων δήμῳ ὥστε βοηθεῖν. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἐπαινέσας αὐτοὺς, καὶ εἰπὼν ὅταν τὶς καλῇ παρεῖναι, οὕτως ἀπέπεμπεν. ἀφίκοντο δὲ οἱ Ἀργεῖοι

impedire, quin illa quidem quinque millia civium imperium obtinerent, ipſis tamen imperare, ut illos quadringentos amoverent, & ſenatum reſtituerent, quemadmodum & prius fuiſſet, quingentorum. Porro ſi quos ſumtus parſimoniae ſtudentes contraxiſſent, ut milites iuſtum ſtipendium facilius haberent, ſe magnopere probare. Ceterum illos hortabatur, ut hoſtibus fortiter reſiſterent, nec ullo modo cederent. Si enim civitas incolumis ſtaret, magnam ſpem eſſe dicebat, fore ut hoſtes compoſitionem ſecum facerent. Si vero ſemel altera Athenienſium pars ſuccumberet, vel illa, quae Sami erat, vel illa, quae Athenis erat, nullum amplius fore, cum quo quis in mutuam gratiam rediret. Aderant autem & Argivorum legati, qui populari Athenienſium factioni, quae Sami erat, ſe opem laturos pollicebantur. Sed Alcibiades eos collaudatos, & cum quis eos vocaret, ut adeſſent, rogatos, ita dimiſit.

μετὰ τῶν Παράλων, οἳ τότε ἐτάχθησαν ἐν τῇ στρατιώτιδι νηὶ ὑπὸ τῶν τετρακοσίων, περιπλεῖν Εὔβοιαν, καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμπτοὺς πρέσβεις, Λαισποδίαν καὶ Ἀριστοφῶντα καὶ Μελησίαν· οἳ ἐπειδὴ ἐγένοντο πλέοντες κατ' Ἄργος, τοὺς μὲν πρέσβεις ξυλλαβόντες τοῖς Ἀργείοις παρέδοσαν, ὡς τῶν οὐχ ἥκιστα καταλυσάντων τὸν δῆμον ὄντας, αὐτοὶ δὲ οὐκέτι ἐς τὰς Ἀθήνας ἀφίκοντο, ἀλλ' ἄγοντες ἐκ τοῦ Ἄργους ἐς τὴν Σάμον τοὺς πρέσβεις ἀφικνοῦνται ἧπερ εἶχον τριήρει.

Aprili ineunte.

πζ'. Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους Τισσαφέρνης, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν ᾧ μάλιστα διά τε τἆλλα καὶ τὴν Ἀλκιβιάδου κάθοδον, ἤχθοντο αὐτῷ οἱ Πελοποννήσιοι ὡς φανερῶς ἤδη Ἀττικίζοντι, βουλόμενος, ὡς ἐδόκει δὴ, ἀπολύεσθαι πρὸς αὐτοὺς τὰς διαβολὰς, παρεσκευάζε-

Venerant autem Argivi cum Paralis, quibus a quadringentis viris tunc imperatum fuerat, militari navi Euboeam custodiae causa circumveherentur, & Atheniensium legatos a quadringentis missos, Laespodiam, & Aristophontem, & Melesiam, Lacedaemonem deducerent. At isti, cum Argos appulissent, legatos quidem comprehensos Argivis tradiderunt, quippe quod essent ex numero illorum, qui in primis popularem statum sustulissent. Ipsi vero nequaquam amplius Athenas redierunt: sed legatos Argis adducentes, ea, quam habebant, triremi, Samum appulerunt.

LXXXVII. Eadem autem aestate Tissaphernes, eo tempore, quo Peloponnesii, cum ob alia, tum vero propter Alcibiadis restitutionem, ipsi, ut Atheniensium partibus aperte iam faventi, maxime infensi erant, cupiens (ut saltem tunc videbatur) has criminationes apud ipsos

το πορεύεσθαι ἐπὶ τὰς Φοινίσσας ναῦς ἐς Ἄσπενδον, καὶ τὸν Λίχαν ξυμπορεύεσθαι ἐκέλευε. τῇ δὲ στρατιᾷ προστάξειν ἔφη Ταμῶν ἑαυτοῦ ὕπαρχον, ὥστε τροφὴν ἐν ὅσῳ ἂν αὐτὸς ἀπῇ διδόναι. λέγεται δὲ οὐ κατὰ ταυτὸ, οὐδὲ ῥᾴδιον εἰδέναι τίνι γνώμῃ παρῆλθεν ἐς τὴν Ἄσπενδον, καὶ παρελθὼν οὐκ ἦγε τὰς ναῦς. ὅτι μὲν γὰρ αἱ Φοίνισσαι νῆες ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα καὶ ἑκατὸν μέχρι Ἀσπένδου ἀφίκοντο, σαφές ἐστι· διότι δὲ οὐκ ἦλθον, πολλαχῇ εἰκάζεται. οἱ μὲν γὰρ, ἵνα διατρίβῃ ἀπελθὼν (ὥσπερ καὶ διενοήθη) τὰ τῶν Πελοποννησίων· (τροφὴν γοῦν οὐδὲν βέλτιον ἀλλὰ καὶ χεῖρον ὁ Ταμῶς, ᾧ προσετάχθη, παρεῖχεν) οἱ δὲ, ἵνα τοὺς Φοίνικας προαγαγὼν ἐς τὴν Ἄσπενδον, ἐκχρηματίσαιτο ἀφείς. καὶ γὰρ ὡς αὐτοῖς οὐδὲν ἔμελλε χρήσεσθαι. ἄλλοι δ', ὡς καταβοῆς

diluere, praeparabat profectionem ad classem Phoenissam, quae ad Aspendum stabat, Lichamque secum venire iussit. Dixit autem, se substituturum Tamum suum praefectum, qui, quoad ipse abesset, stipendium exercitui praeberet. Varie autem res narratur, nec facile sciri potest, qua mente petierit Aspendum, & illuc profectus classem illinc non adduxerit. Nam constat quidem, centum quadraginta septem Phoenissas naves Aspendum usque pervenisse. Cur vero ad Peloponnesios non iverint, variae sunt coniecturae. Alii enim hoc a Tissapherne factum fuisse coniiciunt, ut suo discessu (quemadmodum constituerat) Peloponnesiorum res attereret. Tamus enim, cui negotium datum fuerat, stipendium nihilo melius, sed etiam peius praebebat. Alii vero, ut Phoenices, Aspendum usque perductos, exacta pecunia dimitteret. Ipsis enim uti non statuerat. Alii vero, ut Phoenissae classis ad Peloponnesios

ἕνεκα τῆς ἐς Λακεδαίμονα, τὸ λέγεσθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἀλλὰ καὶ σαφῶς οἴχεται ἐπὶ τὰς ναῦς ἀληθῶς πεπληρωμένας. ἐμοὶ μέντοι δοκεῖ σαφέστατον εἶναι, τριβῆς ἕνεκα καὶ ἀνακωχῆς τῶν Ἑλληνικῶν τὸ ναυτικὸν οὐκ ἀγαγεῖν· φθορᾶς μὲν, ἐν ὅσῳ παρῄει ἐκεῖσε, καὶ διέμελλεν· ἀνισώσεως δὲ, ὅπως μηδετέρους, προσθέμενος, ἰσχυροτέρους ποιήσῃ, ἐπεὶ εἴγε ἐβουλήθη διαπολεμῆσαι, ἐπιφανὲς δήπου, οὐκ ἐνδοιαστῶς. κομίσας γὰρ ἂν Λακεδαιμονίοις τὴν νίκην κατὰ τὸ εἰκὸς ἔδωκεν, οἵγε καὶ ἐν τῷ παρόντι ἀντιπάλως μᾶλλον ἢ ὑποδεεστέρως τῷ ναυτικῷ ἀνθώρμουν. καταφθορὰ δὲ μάλιστα, καὶ ἣν εἶπε πρόφασιν οὐ κομίσας τὰς ναῦς. ἔφη γὰρ αὐτὰς ἐλάσσους ἢ ὅσας ὁ βασιλεὺς ἔταξε ξυλλεγῆναι. ὁ δὲ χάριν

venturae rumor Lacedaemonem perveniret, ut diceretur, ipsum Tissaphernem non iniuste facere, sed plane ad classem vere instructam ivisse. Mihi vero manifestissimum esse videtur, classem non adduxisse, ut res Graecorum attereret, suspensasque teneret: utque, dum illuc proficisceretur, & cunctaretur, labefactaret; & utrosque, Lacedaemonios ac Athenienses, exaequaret, ut neutros potentiores redderet, se vel his, vel illis adiungens. Nam si bellum conficere voluisset, illud profecto manifestum est, ipsum id sine dubio conficere potuisse. Nam (ut est verisimile) si classem adduxisset, victoriam Lacedaemoniis praebuisset; quippe qui vel tunc pari potius quam inferiori classe adversus hostem in statione starent. Illa etiam speciosa causa, quam Tissaphernes attulit, cur classem ad Lacedaemonios non adduxisset, res illorum maxime attrivit. Dicebat enim, ipsam minori numero, quam rex iussisset, contractam fuisse. Atqui profecto Tissaphernes hoc modo

ἂν δήπου ἐν τούτῳ μείζω ἔτι ἔσχεν, οὔτε ἀναλώσας πολλὰ τῶν βασιλέως, τά τε αὐτὰ ἀπ' ἐλασσόνων πράξας. ἐς δ' οὖν τὴν Ἄσπενδον ᾗ τινι δὴ γνώμῃ ὁ Τισσαφέρνης ἀφικνεῖται, καὶ τοῖς Φοίνιξι ξυγγίγνεται, καὶ οἱ Πελοποννήσιοι ἔπεμψαν ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς, κελεύσαντος αὐτοῦ, Φίλιππον, ἄνδρα Λακεδαιμόνιον, δύο τριήρεσιν.

πη'. Ἀλκιβιάδης δὲ, ἐπειδὴ καὶ τὸν Τισσαφέρνην ᾔσθετο παριόντα ἐπὶ τῆς Ἀσπένδου, ἔπλει καὶ αὐτὸς, λαβὼν τρισκαίδεκα ναῦς, ὑποσχόμενος τοῖς ἐν Σάμῳ ἀσφαλῆ καὶ μεγάλην χάριν. ἢ γὰρ αὐτὸς ἄξειν Ἀθηναίοις τὰς Φοινίσσας ναῦς, ἢ Πελοποννησίοις γε κωλύσειν ἐλθεῖν· εἰδὼς, ὡς εἰκὸς, ἐκ πλείονος τὴν Τισσαφέρνους γνώμην, ὅτι οὐκ ἄξειν ἔμελλε, καὶ βουλόμενος αὐτὸν τοῖς Πελοποννησίοις ἐς τὴν αὑτοῦ καὶ Ἀθηναίων φι-

maiorem gratiam apud regem iniviſſet, ſi non magnam regiae pecuniae vim conſumſiſſet, ſed eadem negotia minoribus ſumtibus confeciſſet. Tiſſaphernes igitur (quocunque tandem conſilio hoc fecerit) Aſpendum ivit, & in Phoenicum congreſſum venit, & Peloponneſii, illius iuſſu, Philippum, virum Lacedaemonium, cum duabus triremibus, ut ad claſſem miſerunt.

LXXXVIII. Alcibiades vero, poſtquam audivit, Tiſſaphernem Aſpendum petiiſſe, ipſe quoque cum tredecim navibus, quas aſſumſit, eo contendit, pollicitus iis, qui Sami erant, tutum magnumque beneficium. Aut enim ſe Phoeniſſam claſſem ad Athenienſes adducturum; aut ſaltem ad Peloponneſios venire prohibiturum: cognoſcens (ut erat veriſimile) Tiſſaphernis mentem ex longa conſuetudine, quod adducturus non eſſet, ſimul etiam quod quam maximam invidiam illi apud Peloponneſios ob illius in

λίαν ὡς μάλιστα διαβάλλειν, ὅπως μᾶλλον δι' αὐτὸ σφίσιν ἀναγκάζοιτο προσχωρεῖν. καὶ ὁ μὲν, ἄρας εὐθὺς τῆς Φασήλιδος καὶ Καύνου, ἄνω τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο.

πθ'. Οἱ δὲ ἐκ τῆς Σάμου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες πρέσβεις, ἐπειδὴ ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπήγγειλαν τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου, ὡς κελεύει τε ἀντέχειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τοῖς πολεμίοις, ἐλπίδας τε ὅτι πολλὰς ἔχει κἀκείνοις τὸ στράτευμα διαλλάξειν, καὶ Πελοποννησίων περιέσεσθαι, ἀχθομένους καὶ πρότερον τοὺς πολλοὺς τῶν μετεχόντων τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ ἡδέως ἂν ἀπαλλαγέντας πῃ ἀσφαλῶς τοῦ πράγματος, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἐπέρρωσαν. καὶ ξυνίσταντό τε ἤδη, καὶ τὰ πράγματα διεμέμφοντο, ἔχοντες ἡγεμόνας τῶν πάνυ στρατηγῶν τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ καὶ ἐν

ipſum & Athenienſes ſtudium conflare vellet, ut hac ipſa de cauſa Tiſſaphernes ad ipſos Athenienſes accedere magis cogeretur. Et hic quidem confeſtim Phaſelide & Cauno ſolvens, in altum navigare coepit.

LXXXIX. Legati autem a quadringentis viris miſſi, cum e Samo perveniſſent Athenas, Alcibiadis mandata Athenienſibus renuntiarunt, illum ipſos hortari, ut hoſtibus reſiſterent, nulloque modo cederent, maximamque ſpem habere, fore ut exercitum, qui Sami eſſet, ipſis etiam reconciliaret, & Peloponneſios ſuperaret, atque his verbis multos eorum, qui paucorum dominatus erant participes, & qui vel prius hunc rerum ſtatum graviter ferebant, & lubenter, dum tamen tuto, aliquo modo ſe hac moleſtia liberaſſent, tunc multo magis corroborarunt. Quare iam coire, & de illo rerum ſtatu queri coeperunt, habentes huius rei duces eos, qui paucorum dominatus longe prin-

ἀρχαῖς ὄντων, οἷον Θηραμένην τε τὸν Ἄγνωνος καὶ Ἀριστοκράτην τὸν Σικελίου, καὶ ἄλλους, οἳ μετέσχον μὲν ἐν πρώτοις τῶν πραγμάτων, φοβούμενοι δὲ (ὡς ἔφασαν) τό, τε ἐν τῇ Σάμῳ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην, τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους ἔπεμπον, μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν, οὐ τὸ ἀπαλλάξειν τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ καὶ μὴ ὀνόματι χρῆναι ἀποδεικνύναι, καὶ τὴν πολιτείαν ἰσαιτέραν καθιστάναι. ἦν δὲ τοῦτο μὲν, σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς, κατ᾽ ἰδίας δὲ φιλοτιμίας οἱ πολλοὶ αὐτῶν τῷ τοιούτῳ προσέκειντο ἐν ᾧπερ καὶ μάλιστα ὀλιγαρχία ἐκ δημοκρατίας γενομένη ἀπόλλυται. πάντες γὰρ αὐθημερὸν ἀξιοῦσιν οὐχ ὅπως ἴσοι, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρῶτος αὐτὸς

cipes erant, & qui magiſtratus gerebant, quo in numero erant Theramenes Agnonis, & Ariſtocrates Sicelii filius, & alii, qui inter primos quidem rerum participes erant, ſed (ut aiebant) metuentes exercitum, qui Sami erat, & Alcibiadem, legatos Lacedaemonem miſerunt, ne cives civitatem ſine maiori civium parte aliquo maleficio afficerent, non impedituros, ut praetendebant, quin dominatus perquam paucorum conſtitueretur, ſed ut quinque millia, quae rempublicam adminiſtrarent, re, non autem nomine, declararentur, & aequabilior reipublicae ſtatus conſtitueretur. Haec autem erat ſpecioſa quidem ratio, qua popularem ſtatum a ſe conſtitui ſimulabant: ſed tamen eorum plerique propter privatam ambitionem ei rei dabant operam, qua potiſſimum interit paucorum dominatus ex populari ſtatu conſtitutus. Omnes enim eo ipſo die, quo rerum potiri coeperunt, non ſolum ceteris pares, ſed etiam

ἕκαστος εἶναι. ἐκ δὲ δημοκρατίας αἱρέσεως γιγνομένης ῥᾷον τὰ ἀποβαίνοντα ὡς οὐκ ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἐλασσούμενός τις Φέρει. σαΦέστατα δ' αὐτοὺς ἐπῆρε τὰ ἐν τῇ Σάμῳ τοῦ Ἀλκιβιάδου, ἰσχυρὰ ὄντα, καὶ ὅτι αὐτοῖς οὐκ ἐδόκει μόνιμον τὸ τῆς ὀλιγαρχίας ἔσεσθαι. ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαστος [ὑπερβολὴν] αὐτὸς πρῶτος προστάτης τοῦ δήμου γενέσθαι.

στ'. Οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων, μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει, καὶ προεστῶτες, Φρύνιχός τε, (ὃς καὶ στρατηγήσας ἐν τῇ Σάμῳ [ποτὲ] τῷ Ἀλκιβιάδῃ τότε διηνέχθη) καὶ Ἀρίσταρχος, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ, καὶ Πείσανδρος, καὶ Ἀντιφῶν, καὶ ἄλλοι οἱ δυνατώτατοι, πρότερόν τε, ἐπεὶ τά-

ſinguli longe principes totius ſuae civitatis eſſe volunt. At in populari ſtatu, in quo magiſtratus per electionem creantur, quiſque facilius fert ea, quae eveniunt, utpote qui non a paribus, ſed ab hominibus dignitate praeſtantioribus, ſe ſuperatum eſſe putet. Ipſorum autem animos maniſeſtiſſime erexerunt tum magna Alcibiadis potentia, quam Sami habebat, tum etiam quod hic paucorum dominatus ipſis haud ſtabilis futurus eſſe videbatur. Certatim igitur unuſquiſque, ipſe potiſſimum popularis ſtatus patronus eſſe annitebatur.

XC. Sed quadringenti viri huic reipublicae adminiſtrandae formae maxime adverſabantur, & qui paucorum dominatus principes erant, cum Phrynichus, (cui etiam, cum olim Sami praeturam geſſiſſet, cum Alcibiade diſſidium tunc fuit) tum Ariſtarchus, qui in primis ac iampridem ſtatui populari adverſabatur, & Piſander, & Antiphon, & potentiſſimi quique alii, cum antea, ſimulac paucorum

χιστα κατέστησαν, καὶ ἐπειδὴ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ σφῶν ἐς δημοκρατίαν ἀπέστη, πρέσβεις τε ἀπέστελλον σφῶν ἐς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ τὴν ὀλιγαρχίαν προὐθυμοῦντο, καὶ τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ καλουμένῃ τεῖχος ἐποιοῦντο· πολλῷ τε μᾶλλον ἔτι ἐπειδὴ καὶ οἱ ἐκ τῆς Σάμου πρέσβεις σφῶν ἦλθον, ὁρῶντες τούς τε πολλοὺς, καὶ σφῶν τοὺς δοκοῦντας πρότερον πιστοὺς εἶναι, μεταβαλλομένους. καὶ ἀπέστειλαν μὲν Ἀντιφῶντα καὶ Φρύνιχον καὶ ἄλλους δέκα κατὰ τάχος, φοβούμενοι καὶ τὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἐκ τῆς Σάμου· ἐπιστείλαντες παντὶ τρόπῳ ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἀνεκτὸς ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. ᾠκοδόμουν δὲ ἔτι προθυμότερον τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ τεῖχος. ἦν δὲ τοῦ τείχους ἡ γνώμη αὕτη (ὡς ἔφη Θηραμένης, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ) οὐχ ἵνα τοὺς ἐν Σάμῳ, ἢν

dominatum Athenis conſtituerunt, tum etiam poſtquam paucorum ille dominatus ab ipſis Sami conſtitutus in ſtatum popularem rurſus eſt commutatus, legatoſque de ſuo corpore Lacedaemonem miſerunt, & paucorum dominatui ſtabiliendo operam ſtudioſe dabant, & murum in ea, quae Eetionea vocatur, excitabant: ſed etiam multo magis, quam ante, poſtquam & ipſorum legati Samo redierunt, quia videbant, cum ipſam plebem, tum etiam ex ſuis eos, qui prius fidi eſſe videbantur, iam immutatos eſſe. Et miſerunt quidem propere Antiphontem & Phrynichum atque alios decem (quod & res urbanas & res Samias metuerent) cum mandatis, ut quavis ratione, modo conditio tolerabilis eſſet, cum Lacedaemoniis reconciliarentur. Multo autem ſtudioſius, quam ante, murum in Eetionea aedificabant. Huius autem muri exſtruendi conſilium hoc fuit, (ut aiebat Theramenes eiuſque ſocii) non ut eos, qui

γορίαν ἐχόντων, καὶ οὐ πάνυ διαβολὴ μόνον τοῦ λόγου. ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστα μὲν ἐβούλοντο ὀλιγαρχούμενοι ἄρχειν καὶ τῶν ξυμμάχων, εἰ δὲ μὴ, τάς τε ναῦς καὶ τὰ τείχη ἔχοντες, αὐτονομεῖσθαι· ἐξειργόμενοι δὲ τούτου, μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου τε αὖθις γενομένου αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων μάλιστα διαφθαρῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους ἐσαγαγόμενοι, ἄνευ τειχῶν καὶ νεῶν ξυμβῆναι καὶ ὁπωσοῦν τὰ τῆς πόλεως ἔχειν, εἰ τοῖς γε σώμασι σφῶν ἄδεια ἔσται.

στβʹ. Διόπερ καὶ τὸ τεῖχος τοῦτο, καὶ πυλίδας ἔχον καὶ ἐσόδους καὶ ἐπεισαγωγὰς τῶν πολεμίων, ἐτείχιζόν τε προθύμως, καὶ φθῆναι ἐβούλοντο ἐξεργασάμενοι. πρότερον μὲν οὖν κατ᾽ ὀλίγους τε καὶ κρύφα μᾶλλον τὰ λεγόμενα ἦν. ἐπειδὴ δὲ ὁ Φρύνιχος ἥκων ἐκ τῆς ἐς Λακε-

batur, omnino obtrectandi tantum ſtudio dicebatur. Illi enim potiſſimum quidem in paucorum dominatu & civitati & ſociis imperare cupiebant: ſin minus, certe claſſem & munitiones illas habere, ac arbitratu ſuo vivere volebant. Quod ſi hac quoque re excluderentur, cupiebant ſaltem non profligari ipſi potiſſimum ante alios a populari ſtatu rurſus reſtituto: ſed vel hoſtibus in urbem introductis, ſine munitionibus & ſine claſſe pactionem cum illis facere, ut qualemcunque civitatis ſtatum haberent, dummodo de ſuis corporibus ſecuri eſſent.

XCII. Quamobrem etiam hanc munitionem, quae & portulas & introitus & hoſtium receptacula habebat, ſtudioſe aedificabant, & prius abſolvere cupiebant, quam praevenirentur. Ac initio quidem inter paucos, & clam potius, quam palam, haec dicebantur. At ubi Phrynichus

δαίμενα πρεσβείας, πληγεὶς ὑπ᾽ ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινὸς ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ, καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἀπελθὼν, ἀπέθανε παραχρῆμα· καὶ ὁ μὲν πατάξας διέφυγεν, ὁ δὲ ξυνεργὸς Ἀργεῖος ἄνθρωπος, ληφθεὶς, καὶ βασανιζόμενος ὑπὸ τῶν τετρακοσίων, οὐδενὸς ὄνομα κελεύσαντος εἶπεν, οὐδὲ ἄλλο τι ἢ ὅτι εἰδείη πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐς τοῦ περιπολάρχου καὶ ἄλλοσε κατ᾽ οἰκίας ξυνιόντας· τότε δὴ οὐδενὸς γεγενημένου ἀπ᾽ αὐτοῦ νεωτέρου, καὶ ὁ Θηραμένης ἤδη θρασύτερον καὶ ὁ Ἀρισταχράτης, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν τετρακοσίων αὐτῶν καὶ τῶν ἔξωθεν ἦσαν ὁμογνώμονες, ᾔεσαν ἐπὶ τὰ πράγματα. ἅμα γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς Λακεδαιμονίας αἱ νῆες ἤδη περιπεπλευκυῖαι, καὶ ὁρμισάμεναι ἐς τὴν Ἐπίδαυρον, τὴν Αἴγιναν καταδεδραμήκεσαν. καὶ οὐκ ἔφη ὁ Θηραμένης εἰκὸς εἶναι ἐπ᾽ Εὔβοιαν πλεούσας αὐ-

reverſus ex legatione, quam ad Lacedaemonios obierat; a quodam circitorum ex inſidiis in foro frequenti vulneratus, nec procul a curia digreſſus, continuo deceſſit; & percuſſor quidem ipſius evaſit, at eius adiutor, homo Argivus, comprehenſus, tortuſque a quadringentis, nullius, a quo facinus hoc perpetrare iuſſus eſſet, nomen protulit, nec aliud quippiam dixit, niſi quod ſciret, multos homines & in circitorum praefecti & in alias aedes convenire ſolitos: tunc vero, cum nihil novi hinc, poſt iſtam Phrynichi caedem, accidiſſet, iam confidentius & Theramenes & Ariſtocrates, & alii, quotquot vel ex ipſis quadringentis, vel extra hos, eiuſdem ſententiae erant, eum rerum ſtatum invaſerunt. Simul enim & ex agro Laconico naves illae iam circumvectae, & Epidaurum appulſae, Aeginam excurſionibus infeſtaverant. Quare Theramenes dicebat,

ἕνεκα τῆς ἐς Λακεδαίμονα, τὸ λέγεσθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἀλλὰ καὶ σαφῶς οἴχεται ἐπὶ τὰς ναῦς ἀληθῶς πεπληρωμένας. ἐμοὶ μέντοι δοκεῖ σαφέστατον εἶναι, τριβῆς ἕνεκα καὶ ἀνακωχῆς τῶν Ἑλληνικῶν τὸ ναυτικὸν οὐκ ἀγαγεῖν· φθορᾶς μὲν, ἐν ὅσῳ παρήει ἐκεῖσε, καὶ διέμελλεν· ἀνισώσεως δὲ, ὅπως μηδετέρους, προσθέμενος, ἰσχυροτέρους ποιήσῃ, ἐπεὶ εἴγε ἐβουλήθη διαπολεμῆσαι, ἐπιφανὲς δήπου, οὐκ ἐνδοιαστῶς. κομίσας γὰρ ἂν Λακεδαιμονίοις τὴν νίκην κατὰ τὸ εἰκὸς ἔδωκεν, οἵγε καὶ ἐν τῷ παρόντι ἀντιπάλως μᾶλλον ἢ ὑποδεεστέρως τῷ ναυτικῷ ἀνθώρμουν. καταφθορὰ δὲ μάλιστα, καὶ ἣν εἶπε πρόφασιν οὐ κομίσας τὰς ναῦς. ἔφη γὰρ αὐτὰς ἐλάσσους ἢ ὅσας ὁ βασιλεὺς ἔταξε ξυλλεγῆναι. ὁ δὲ χάριν

venturae rumor Lacedaemonem perveniret, ut diceretur, ipsum Tissaphernem non iniuste facere, sed plane ad classem vere instructam ivisse. Mihi vero manifestissimum esse videtur, classem non adduxisse, ut res Graecorum attereret, suspensasque teneret: utque, dum illuc proficisceretur, & cunctaretur, labefactaret; & utrosque, Lacedaemonios ac Athenienses, exaequaret, ut neutros potentiores redderet, se vel his, vel illis adiungens. Nam si bellum conficere voluisset, illud profecto manifestum est, ipsum id sine dubio conficere potuisse. Nam (ut est verisimile) si classem adduxisset, victoriam Lacedaemoniis praebuisset; quippe qui vel tunc pari potius quam inferiori classe adversus hostem in statione starent. Illa etiam speciosa causa, quam Tissaphernes attulit, cur classem ad Lacedaemonios non adduxisset, res illorum maxime attrivit. Dicebat enim, ipsam minori numero, quam rex iussisset, contractam fuisse. Atqui profecto Tissaphernes hoc modo

ἂν δήπου ἐν τούτῳ μείζω ἔτι ἔσχεν, οὔτε ἀναλώσας πολλὰ τῶν βασιλέως, τά τε αὐτὰ ἀπ' ἐλασσόνων πράξας. ἐς δ' οὖν τὴν Ἄσπενδον ᾗ τινι δὴ γνώμῃ ὁ Τισσαφέρνης ἀφικνεῖται, καὶ τοῖς Φοίνιξι ξυγγίγνεται, καὶ οἱ Πελοποννήσιοι ἔπεμψαν ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς, κελεύσαντος αὐτοῦ, Φίλιππον, ἄνδρα Λακεδαιμόνιον, δύο τριήρεσιν.

πη'. Ἀλκιβιάδης δέ, ἐπειδὴ καὶ τὸν Τισσαφέρνην ᾔσθετο παριόντα ἐπὶ τῆς Ἀσπένδου, ἔπλει καὶ αὐτός, λαβὼν τρισκαίδεκα ναῦς, ὑποσχόμενος τοῖς ἐν Σάμῳ ἀσφαλῆ καὶ μεγάλην χάριν. ἢ γὰρ αὐτὸς ἄξειν Ἀθηναίοις τὰς Φοινίσσας ναῦς, ἢ Πελοποννησίοις γε κωλύσειν ἐλθεῖν· εἰδώς, ὡς εἰκός, ἐκ πλείονος τὴν Τισσαφέρνους γνώμην, ὅτι οὐκ ἄξειν ἔμελλε, καὶ βουλόμενος αὐτὸν τοῖς Πελοποννησίοις ἐς τὴν αὑτοῦ καὶ Ἀθηναίων φι-

maiorem gratiam apud regem iniviſſet, ſi non magnam regiae pecuniae vim conſumſiſſet, ſed eadem negotia minoribus ſumtibus confeciſſet. Tiſſaphernes igitur (quocunque tandem conſilio hoc fecerit) Aſpendum ivit, & in Phoenicum congreſſum venit, & Peloponneſii, illius iusſu, Philippum, virum Lacedaemonium, cum duabus triremibus, ut ad claſſem miſerunt.

LXXXVIII. Alcibiades vero, poſtquam audivit, Tiſſaphernem Aſpendum petiiſſe, ipſe quoque cum tredecim navibus, quas aſſumſit, eo contendit, pollicitus iis, qui Sami erant, tutum magnumque beneficium. Aut enim ſe Phoeniſſam claſſem ad Athenienſes adducturum; aut ſaltem ad Peloponneſios venire prohibiturum: cognoſcens (ut erat veriſimile) Tiſſaphernis mentem ex longa conſuetudine, quod adducturus non eſſet, ſimul etiam quod quam maximam invidiam illi apud Peloponneſios ob illius in

λίαν ὡς μάλιστα διαβάλλειν, ὅπως μᾶλλον δι' αὐτὸ σφίσιν ἀναγκάζοιτο προσχωρεῖν. καὶ ὁ μὲν, ἄρας εὐθὺς τῆς Φασήλιδος καὶ Καύνου, ἄνω τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο.

πθ'. Οἱ δὲ ἐκ τῆς Σάμου ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες πρέσβεις, ἐπειδὴ ἀφικόμενοι ἐς τὰς Ἀθήνας ἀπήγγειλαν τὰ παρὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου, ὡς κελεύει τε ἀντέχειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τοῖς πολεμίοις, ἐλπίδας τε ὅτι πολλὰς ἔχει κἀκείνοις τὸ στράτευμα διαλλάξειν, καὶ Πελοποννησίων περιέσεσθαι, ἀχθομένους καὶ πρότερον τοὺς πολλοὺς τῶν μετεχόντων τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ ἡδέως ἂν ἀπαλλαγέντας πῃ ἀσφαλῶς τοῦ πράγματος, πολλῷ δὴ μᾶλλον ἐπέῤῥωσαν. καὶ ξυνίσταντό τε ἤδη, καὶ τὰ πράγματα διεμέμφοντο, ἔχοντες ἡγεμόνας τῶν πάνυ στρατηγῶν τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ καὶ ἐν

ipſum & Athenienſes ſtudium conflare vellet, ut hac ipſa de cauſa Tiſſaphernes ad ipſos Athenienſes accedere magis cogeretur. Et hic quidem confeſtim Phaſelide & Cauno ſolvens, in altum navigare coepit.

LXXXIX. Legati autem a quadringentis viris miſſi, cum e Samo perveniſſent Athenas, Alcibiadis mandata Athenienſibus renuntiarunt, illum ipſos hortari, ut hoſtibus reſiſterent, nulloque modo cederent, maximamque ſpem habere, fore ut exercitum, qui Sami eſſet, ipſis etiam reconciliaret, & Peloponneſios ſuperaret, atque his verbis multos eorum, qui paucorum dominatus erant participes, & qui vel prius hunc rerum ſtatum graviter ferebant, & lubenter, dum tamen tuto, aliquo modo ſe hac moleſtia liberaſſent, tunc multo magis corroborarunt. Quare iam coire, & de illo rerum ſtatu queri coeperunt, habentes huius rei duces eos, qui paucorum dominatus longe prin-

ἀρχαῖς ὄντων, οἷον Θηραμένην τε τὸν Ἅγνωνος καὶ Ἀριστοκράτην τὸν Σικελίου, καὶ ἄλλους, οἱ μετέσχον μὲν ἐν πρώτοις τῶν πραγμάτων, φοβούμενοι δὲ (ὡς ἔφασαν) τό, τε ἐν τῇ Σάμῳ στράτευμα καὶ τὸν Ἀλκιβιάδην, τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους ἔπεμπον, μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν, οὐ τὸ ἀπαλλάξειν τοῦ ἄγαν ἐς ὀλίγους ἐλθεῖν, ἀλλὰ τοὺς πεντακισχιλίους ἔργῳ καὶ μὴ ὀνόματι χρῆναι ἀποδεικνύναι, καὶ τὴν πολιτείαν ἰσαιτέραν καθιστάναι. ἦν δὲ τοῦτο μὲν, σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς, κατ' ἰδίας δὲ φιλοτιμίας οἱ πολλοὶ αὐτῶν τῷ τοιούτῳ προσέκειντο ἐν ᾧπερ καὶ μάλιστα ὀλιγαρχία ἐκ δημοκρατίας γενομένη ἀπόλλυται. πάντες γὰρ αὐθημερὸν ἀξιοῦσιν οὐχ ὅπως ἴσοι, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρῶτος αὐτὸς

cipes erant, & qui magiſtratus gerebant, quo in numero erant Theramenes Agnonis, & Ariſtocrates Sicelii filius, & alii, qui inter primos quidem rerum participes erant, ſed (ut aiebant) metuentes exercitum, qui Sami erat, & Alcibiadem, legatos Lacedaemonem miſerunt, ne cives civitatem ſine maiori civium parte aliquo maleficio afficerent, non impedituros, ut praetendebant, quin dominatus perquam paucorum conſtitueretur, ſed ut quinque millia, quae rempublicam adminiſtrarent, re, non autem nomine, declararentur, & aequabilior reipublicae ſtatus conſtitueretur. Haec autem erat ſpecioſa quidem ratio, qua popularem ſtatum a ſe conſtitui ſimulabant: ſed tamen eorum plerique propter privatam ambitionem ei rei dabant operam, qua potiſſimum interit paucorum dominatus ex populari ſtatu conſtitutus. Omnes enim eo ipſo die, quo rerum potiri coeperunt, non ſolum ceteris pares, ſed etiam

ἕκαστος εἶναι. ἐκ δὲ δημοκρατίας αἱρέσεως γιγνομένης ῥᾷον τὰ ἀποβαίνοντα ὡς οὐκ ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἐλασσούμενός τις φέρει. σαφέστατα δ᾽ αὐτοὺς ἐπῆρε τὰ ἐν τῇ Σάμῳ τοῦ Ἀλκιβιάδου, ἰσχυρὰ ὄντα, καὶ ὅτι αὐτοῖς οὐκ ἐδόκει μόνιμον τὸ τῆς ὀλιγαρχίας ἔσεσθαι. ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαστος [ὑπερβολὴν] αὐτὸς πρῶτος προστάτης τοῦ δήμου γενέσθαι.

ϛʹ. Οἱ δὲ τῶν τετρακοσίων, μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει, καὶ προεστῶτες, Φρύνιχός τε, (ὃς καὶ στρατηγήσας ἐν τῇ Σάμῳ [ποτὲ] τῷ Ἀλκιβιάδῃ τότε διηνέχθη) καὶ Ἀρίσταρχος, ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ, καὶ Πείσανδρος, καὶ Ἀντιφῶν, καὶ ἄλλοι οἱ δυνατώτατοι, πρότερόν τε, ἐπεὶ τά-

ſinguli longe principes totius ſuae civitatis eſſe volunt. At in populari ſtatu, in quo magiſtratus per electionem creantur, quiſque facilius fert ea, quae eveniunt, utpote qui non a paribus, ſed ab hominibus dignitate praeſtantioribus, ſe ſuperatum eſſe putet. Ipſorum autem animos maniſeſtiſſime erexerunt tum magna Alcibiadis potentia, quam Sami habebat, tum etiam quod hic paucorum dominatus ipſis haud ſtabilis futurus eſſe videbatur. Certatim igitur unuſquiſque, ipſe potiſſimum popularis ſtatus patronus eſſe annitebatur.

XC. Sed quadringenti viri huic reipublicae adminiſtrandae formae maxime adverſabantur, & qui paucorum dominatus principes erant, cum Phrynichus, (cui etiam, cum olim Sami praeturam geſſiſſet, cum Alcibiade diſſidium tunc fuit) tum Ariſtarchus, qui in primis ac iampridem ſtatui populari adverſabatur, & Piſander, & Antiphon, & potentiſſimi quique alii, cum antea, ſimulac paucorum

χιστα κατέστησαν, καὶ ἐπειδὴ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ σφῶν ἐς δημοκρατίαν ἀπέστη, πρέσβεις τε ἀπέστελλον σφῶν ἐς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ τὴν ὀλιγαρχίαν προὐθυμοῦντο, καὶ τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ καλουμένῃ τεῖχος ἐποιοῦντο· πολλῷ τε μᾶλλον ἔτι ἐπειδὴ καὶ οἱ ἐκ τῆς Σάμου πρέσβεις σφῶν ἦλθον, ὁρῶντες τούς τε πολλοὺς, καὶ σφῶν τοὺς δοκοῦντας πρότερον πιστοὺς εἶναι, μεταβαλλομένους. καὶ ἀπέστειλαν μὲν Ἀντιφῶντα καὶ Φρύνιχον καὶ ἄλλους δέκα κατὰ τάχος, φοβούμενοι καὶ τὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἐκ τῆς Σάμου· ἐπιστείλαντες παντὶ τρόπῳ ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἀνεκτὸς ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. ᾠκοδόμουν δὲ ἔτι προθυμότερον τὸ ἐν τῇ Ἠετιωνείᾳ τεῖχος. ἦν δὲ τοῦ τείχους ἡ γνώμη αὕτη (ὡς ἔφη Θηραμένης, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ) οὐχ ἵνα τοὺς ἐν Σάμῳ, ἢν

dominatum Athenis constituerunt, tum etiam postquam paucorum ille dominatus ab ipsis Sami constitutus in statum popularem rursus est commutatus, legatosque de suo corpore Lacedaemonem miserunt, & paucorum dominatui stabiliendo operam studiose dabant, & murum in ea, quae Eetionea vocatur, excitabant: sed etiam multo magis, quam ante, postquam & ipsorum legati Samo redierunt, quia videbant, cum ipsam plebem, tum etiam ex suis eos, qui prius fidi esse videbantur, iam immutatos esse. Et miserunt quidem propere Antiphontem & Phrynichum atque alios decem (quod & res urbanas & res Samias metuerent) cum mandatis, ut quavis ratione, modo conditio tolerabilis esset, cum Lacedaemoniis reconciliarentur. Multo autem studiosius, quam ante, murum in Eetionea aedificabant. Huius autem muri exstruendi consilium hoc fuit, (ut aiebat Theramenes eiusque socii) non ut eos, qui

βίᾳ ἐπιπλέωσι, μὴ δέξωνται ἐς τὸν Πειραιᾶ, ἀλλ' ἵνα τοὺς πολεμίους μᾶλλον, ὅταν βούλωνται, καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ δέξωνται. χηλὴ γάρ ἐστι τοῦ Πειραιῶς ἡ Ἠετιώνεια, καὶ παρ' αὐτὴν εὐθὺς ὁ ἔσπλους ἐστίν. ἐτειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν τῷ πρότερον πρὸς ἤπειρον ὑπάρχοντι τείχει ὥστε καθεζομένων ἐς αὐτὸν ἀνθρώπων ὀλίγων, ἄρχειν τοῦ γε ἔσπλου. ἐπ' αὐτὸν γὰρ τὸν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος στενοῦ ὄντος τὸν ἕτερον πύργον ἐτελεύτα· τό, τε παλαιὸν τὸ πρὸς ἤπειρον, καὶ τὸ καινὸν τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους, τειχιζόμενον πρὸς θάλασσαν. διῳκοδόμησαν δὲ καὶ στοὰν ἥπερ ἦν μεγίστη, καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη ἐν τῷ Πειραιεῖ, καὶ ἦρχον αὐτοὶ αὐτῆς. ἐς ἣν καὶ τὸν σῖτον ἠνάγκαζον πάντας τὸν ὑπάρχοντά τε καὶ τὸν ἐπιπλέοντα ἐξαιρεῖσθαι, καὶ ἐντεῦθεν προαιροῦντας πωλεῖν.

Sami erant, si per vim cum infesta classe venirent, in Piraeeum non reciperent, sed potius ut hostium, quoties vellent, & classem & peditatum reciperent. Nam Eetionea est e duobus alterum Piraeei promontorium, & iuxta ipsam statim sunt fauces, qua navium ingressus est. Hic igitur cum eo muro, qui prius continentem versus exstructus erat, sic exstruebatur, ut pauci homines illic stationem habentes, introitus navium arbitri essent. Nam ad ipsam alteram turrim, in angusti portus ostio sitam, terminabatur: & murus antiquus continentem versus, & novus, qui intra antiquum murum mare versus exstruebatur, ad eandem turrim uterque terminabatur. Quin etiam proxime hunc novum murum statim, maximam porticum intra Piraeeum aedificaverunt, cuius ipsi potiebantur. In quam cogebant omnes suum frumentum seponere, tam id, quod iam erat in urbe, quam quod mari advehebatur, illincque promentes venundare.

στα. Ταῦτ' οὖν ἐκ πλείονος χρόνου ὁ Θηραμένης διεθρόει, καὶ ἐπειδὴ οἱ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος πρέσβεις οὐδὲν πράξαντες ἀνεχώρησαν τοῖς ξύμπασι ξυμβατικὸν, φάσκων κινδυνεύσειν τὸ τεῖχος τοῦτο, καὶ τὴν πόλιν διαφθεῖραι. ἅμα γὰρ καὶ ἐκ τῆς Πελοποννήσου ἐτύγχανον, Εὐβοέων ἐπικαλουμένων κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον, δύο καὶ τεσσαράκοντα νῆες (ὧν ἦσαν καὶ ἐκ Τάραντος καὶ ἐκ Λοκρῶν Ἰταλιώτιδες καὶ Σικελικαί τινες) ὁρμοῦσαι ἤδη ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς, καὶ παρασκευαζόμεναι τὸν ἐς τὴν Εὔβοιαν πλοῦν. ἦρχε δὲ αὐτῶν Ἡγησανδρίδας Ἡγησάνδρου Σπαρτιάτης, ἃς ἔφη Θηραμένης οὐκ Εὐβοίᾳ μᾶλλον ἢ τοῖς τειχίζουσι τὴν Ἠετιώνειαν προσπλεῖν, καὶ, εἰ μή τις ἤδη φυλάξεται, λήσειν διαφθαρέντας. ἦν δέ τι καὶ τοιοῦτον ἀπὸ τῶν τὴν κατη- Aprili non admodum affecto.

XCI. Theramenes igitur haec & iampridem cum quiritatione dicebat, & poſtquam legati Lacedaemone redierunt, nulla pactione cum universis Lacedaemoniis facta, dicebat fore, ut propter hanc novam munitionem civitas etiam in ſalutis diſcrimen adduceretur. Nam ſub hoc idem tempus affuerunt etiam pariter ex Peloponneſo duae & quadraginta naves ab Euboënſibus accitae, (quarum nonnullae erant e Tarento & Locris Italicae & Sicilienſes) quae iam in ora Laconica ſtationem habebant, & navigationem in Euboeam praeparabant. Praeerat autem ipſis Hegeſandridas Hegeſandri filius Spartanus; quas Theramenes non tam in Euboeam, quam in eos, qui Eetioneam muniebant, navigare dicebat, &, niſi quis iam ſibi caveret, illos ab hoſte per imprudentiam perituros. Proficiſcebatur autem etiam tale quippiam ab illis, qui criminationem iſtam ſuſtinebant, nec quod illis ab eo tunc obiicie-

γορίαν ἐχόντων, καὶ οὐ πάνυ διαβολὴ μόνον τοῦ λόγου. ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστα μὲν ἐβούλοντο ὀλιγαρχούμενοι ἄρχειν καὶ τῶν ξυμμάχων, εἰ δὲ μὴ, τάς τε ναῦς καὶ τὰ τείχη ἔχοντες, αὐτονομεῖσθαι· ἐξειργόμενοι δὲ τούτου, μὴ οὖν ὑπὸ τοῦ δήμου τε αὖθις γενομένου αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων μάλιστα διαφθαρῆναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς πολεμίους ἐσαγαγόμενοι, ἄνευ τειχῶν καὶ νεῶν ξυμβῆναι καὶ ὁπωσοῦν τὰ τῆς πόλεως ἔχειν, εἰ τοῖς γε σώμασι σφῶν ἄδεια ἔσται.

σϟβʹ. Διόπερ καὶ τὸ τεῖχος τοῦτο, καὶ πυλίδας ἔχον καὶ ἐσόδους καὶ ἐπεισαγωγὰς τῶν πολεμίων, ἐτείχιζόν τε προθύμως, καὶ φθῆναι ἐβούλοντο ἐξεργασάμενοι. πρότερον μὲν οὖν κατ' ὀλίγους τε καὶ κρύφα μᾶλλον τὰ λεγόμενα ἦν. ἐπειδὴ δὲ ὁ Φρύνιχος ἥκων ἐκ τῆς ἐς Λακε-

batur, omnino obtrectandi tantum ſtudio dicebatur. Illi enim potiſſimum quidem in paucorum dominatu & civitati & ſociis imperare cupiebant: ſin minus, certe claſſem & munitiones illas habere, ac arbitratu ſuo vivere volebant. Quod ſi hac quoque re excluderentur, cupiebant ſaltem non profligari ipſi potiſſimum ante alios a populari ſtatu rurſus reſtituto: ſed vel hoſtibus in urbem introductis, ſine munitionibus & ſine claſſe pactionem cum illis facere, ut qualemcunque civitatis ſtatum haberent, dummodo de ſuis corporibus ſecuri eſſent.

XCII. Quamobrem etiam hanc munitionem, quae & portulas & introitus & hoſtium receptacula habebat, ſtudioſe aedificabant, & prius abſolvere cupiebant, quam praevenirentur. Ac initio quidem inter paucos, & clam potius, quam palam, haec dicebantur. At ubi Phrynichus

δαίμονα πρεσβείας, πληγεὶς ὑπ' ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινὸς ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ, καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἀπελθὼν, ἀπέθανε παραχρῆμα· καὶ ὁ μὲν πατάξας διέφυγεν, ὁ δὲ ξυνεργὸς Ἀργεῖος ἄνθρωπος, ληφθεὶς, καὶ βασανιζόμενος ὑπὸ τῶν τετρακοσίων, οὐδενὸς ὄνομα κελεύσαντος εἶπεν, οὐδὲ ἄλλο τι ἢ ὅτι εἰδείη πολλοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐς τοῦ περιπολάρχου καὶ ἄλλοσε κατ' οἰκίας ξυνιόντας· τότε δὴ οὐδενὸς γεγενημένου ἀπ' αὐτοῦ νεωτέρου, καὶ ὁ Θηραμένης ἤδη θρασύτερον καὶ ὁ Ἀριστοκράτης, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν τετρακοσίων αὐτῶν καὶ τῶν ἔξωθεν ἦσαν ὁμογνώμονες, ᾔεσαν ἐπὶ τὰ πράγματα. ἅμα γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς Λακεδαιμονίας αἱ νῆες ἤδη περιπεπλευκυῖαι, καὶ ὁρμισάμεναι ἐς τὴν Ἐπίδαυρον, τὴν Αἴγιναν καταδεδραμήκεσαν. καὶ οὐκ ἔφη ὁ Θηραμένης εἰκὸς εἶναι ἐπ' Εὔβοιαν πλεούσας αὐ-

reverſus ex legatione, quam ad Lacedaemonios obierat; a quodam circitorum ex inſidiis in foro frequenti vulneratus, nec procul a curia digreſſus, continuo deceſſit; & percuſſor quidem ipſius evaſit, at eius adiutor, homo Argivus, comprehenſus, tortuſque a quadringentis, nullius, a quo facinus hoc perpetrare iuſſus eſſet, nomen protulit, nec aliud quippiam dixit, niſi quod ſciret, multos homines & in circitorum praefecti & in alias aedes convenire ſolitos: tunc vero, cum nihil novi hinc, poſt iſtam Phrynichi caedem, accidiſſet, iam confidentius & Theramenes & Ariſtocrates, & alii, quotquot vel ex ipſis quadringentis, vel extra hos, eiuſdem ſententiae erant, eum rerum ſtatum invaſerunt. Simul enim & ex agro Laconico naves illae iam circumvectae, & Epidaurum appulſae, Aeginam excurſionibus infeſtaverant. Quare Theramenes dicebat,

τὰς, ἐς Αἴγιναν κατακολπίσαι, καὶ πάλιν ἐν Ἐπιδαύρῳ ὁρμεῖν, εἰ μὴ παρακληθεῖσαι ἥκοιεν ἐφ' οἷσπερ καὶ αὐτὸς ἀεὶ κατηγόρει. οὐκέτι οὖν οἷόν τε εἶναι ἡσυχάζειν. τέλος δὲ, πολλῶν καὶ στασιωτικῶν λόγων καὶ ὑποψιῶν προσγενομένων, καὶ ἔργῳ ἤδη ἥπτοντο τῶν πραγμάτων. οἱ γὰρ ἐν τῷ Πειραιεῖ τὸ τῆς Ἠετιωνείας τεῖχος ὁπλῖται οἰκοδομοῦντες (ἐν οἷς καὶ Ἀριστοκράτης ἦν ταξιαρχῶν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ φυλακὴν ἔχων) ξυλλαμβάνουσιν Ἀλεξικλέα στρατηγὸν ὄντα ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς ἑτέρους τετραμμένον, καὶ ἐς οἰκίαν ἀγαγόντες εἷρξαν. ξυνεπελάβοντο δὲ ἅμα αὐτοῖς καὶ ἄλλοι, καὶ Ἕρμων τῶν περιπόλων τις τῶν Μουνυχίασι τεταγμένων ἀρχῶν· τὸ δὲ μέγιστον, τῶν ὁπλιτῶν τὸ στῖφος ταῦτα ἐβουλεύετο. ὡς δὲ ἐσηγγέλθη τοῖς τετρακοσίοις

verisimile non esse, naves eas, si in Euboeam navigarent, in Aeginae sinum fuisse deflexuras, & rursus Epidauri stationem habituras, nisi accitae venirent ad ea peragenda, quae & ipse semper criminabatur. Nequaquam igitur amplius quiescendum. Tandem vero, multis praeterea seditiosis ac suspiciosis sermonibus habitis, iam & factis eum rerum statum aggredi coeperunt. Nam gravis armaturae milites, qui Eetioneae munitionem in Piraeeo aedificabant, (inter quos erat & Aristocrates centurio, qui suam centuriam secum habebat) comprehendunt Alexiclem inter paucorum dominatus collegas praecipua dignitate praeditum, & in alterius factionis homines maxime propensum, & domum adductum in vincula coniiciunt. Ipsos autem simul adiuverunt cum alii, tum Hermon, quidam circitorum apud Munychiam excubantium praefectus. Sed (quod maximum erat) armatorum agmen eadem consilia agita-

(ἔτυχον δὲ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ξυγκαθήμενοι) εὐθὺς, πλὴν ὅσοις μὴ βουλομένοις ταῦτα ἦν, ἕτοιμοι ἦσαν ἐς τὰ ὅπλα ἰέναι, καὶ τῷ Θηραμένει καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἠπείλουν. ὁ δὲ, ἀπολογούμενος, ἕτοιμος ἔφη εἶναι ξυναφαιρησόμενος ἰέναι ἤδη. καὶ παραλαβὼν ἕνα τῶν στρατηγῶν, ὅστις ἦν αὐτῷ ὁμογνώμων, ἐχώρει ἐς τὸν Πειραιᾶ. ἐβοήθει δὲ καὶ Ἀρίσταρχος, καὶ τῶν ἱππέων νεανίσκοι· ἦν δὲ θόρυβος πολὺς καὶ ἐκπληκτικός. οἵ τε γὰρ ἐν τῷ ἄστει ἤδη ᾤοντο τόν τε Πειραιᾶ κατειλῆφθαι, καὶ τὸν ξυνειλημμένον τεθνάναι· οἵ τε ἐν τῷ Πειραιεῖ, τοὺς ἐκ τοῦ ἄστεος ὅσονοὺκ ἐπὶ σφᾶς παρεῖναι. μόγις δὲ τῶν τε πρεσβυτέρων διακωλυόντων τοὺς ἐν τῷ ἄστει διαθέοντας, καὶ ἐπὶ τὰ ὅπλα φερομένους, καὶ Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου τοῦ προξένου τῆς πόλεως παρόντος, καὶ προθύ-

bat. Cum autem hoc quadringentis renuntiatum fuisset, (considebant antem in curia) confestim omnes, praeter eos, quibus ista non placebant, parati erant ire ad arma, & Therameni, ac iis, qui cum eo erant, minitabantur. Ille vero, se purgans, dicebat, se paratum esse iam ire cum ipsis ad Alexiclem ex vinculis eripiendum. Et assumto uno e ducibus, qui erat eiusdem sententiae, cuius & ipse, ad Piraeeum perrexit. Adiuvabat autem ipsum Aristarchus, & equitum iuventus. Erat autem ingens ac terribilis tumultus. Nam & qui in urbe degebant, Piraeeum iam occupatum, & Alexiclem illum, qui comprehensus fuerat, morte mulctatum putabant. & qui in Piraeeo erant, eos, qui in urbe erant, contra se tantum non adesse suspicabantur. Cum autem seniores aegre impedirent eos, qui per urbem discurrebant, & ad arma corripienda ferebantur, cum etiam Thucydides Pharsalius, hospes publicus, qui

μως ἐμποδὼν τε ἑκάστοις γιγνομένου, καὶ ἐπιβοωμένου μὴ, ἐφεδρευόντων ἐγγὺς τῶν πολεμίων, ἀπολέσαι τὴν πατρίδα, ἡσύχασάν τε, καὶ σφῶν αὐτῶν ἀπέσχοντο. καὶ ὁ μὲν Θηραμένης, ἐλθὼν ἐς τὸν Πειραιᾶ (ἦν δὲ καὶ αὐτὸς στρατηγὸς) ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα, ὠργίζετο τοῖς ὁπλίταις. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἐναντίοι τῷ πλήθει ἐχαλέπαινον. οἱ δὲ ὁπλῖται ὁμόσε τε ἐχώρουν οἱ πλεῖστοι τῷ ἔργῳ, καὶ οὐ μετεμέλοντο· καὶ τὸν Θηραμένην ἠρώτων εἰ δοκεῖ αὐτῷ ἐπ' ἀγαθῷ τὸ τεῖχος οἰκοδομεῖσθαι, καὶ εἰ ἄμεινον εἶναι καθαιρεθέν. ὁ δὲ, εἴπερ καὶ ἐκείνοις δοκεῖ καθαιρεῖν, καὶ ἑαυτῷ ἔφη ξυνδοκεῖν. καὶ ἐντεῦθεν εὐθὺς ἀναβάντες οἵ τε ὁπλῖται καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τοῦ Πειραιῶς ἀνθρώπων, κατέσκαπτον τὸ τείχισμα.

tunc aderat, & officiose singulos impediret, & exclamaret, ne hostibus prope insidiantibus patriam perderent, quieverunt, & a manibus mutuo sibi afferendis abstinuerunt. Et Theramenes quidem in Piraeeum profectus, (praeturam autem ipse quoque gerebat) voce tenus, gravis armaturae militibus irascebatur. Aristarchus vero, & qui populari multitudini adversarii erant, indignabantur. Illorum vero gravis armaturae militum plerique manum ad opus admovere coeperunt, nec eos facti poenitebat: Theramenem etiam interrogabant, numquid ei videretur haec munitio publici boni causa exstrui, & an satius esset eam demoliri. Ille vero, si & ipsis eam demoliri placeret, sibi quoque placere, respondit. Hinc autem e vestigio, cum illi gravis armaturae milites, tum etiam multi eorum, qui erant in Piraeeo, munitionem conscenderunt, & demoliri coeperunt. Hac autem adhortatione ad vulgus utebantur, oportere eum, quicunque quinque millia civium quadrin-

ἦν δὲ πρὸς τὸν ὄχλον ἡ παράκλησις, ὡς χρὴ, ὅστις τοὺς πεντακισχιλίους βούλεται ἄρχειν ἀντὶ τῶν τετρακοσίων, ἰέναι ἐπὶ τὸ ἔργον. ἐπεκρύπτοντο γὰρ ὅμως ἔτι τῶν πεντακισχιλίων τῷ ὀνόματι, μὴ ἄντικρυς δῆμον ὅστις βούλεται ἄρχειν ὀνομάζειν· φοβούμενοι μὴ τῷ ὄντι ὦσι, καὶ πρός τινα εἰπών τις τι ἀγνοίᾳ σφαλῇ. καὶ οἱ τετρακόσιοι διὰ τοῦτο οὐκ ἤθελον τοὺς πεντακισχιλίους οὔτε εἶναι, οὔτε μὴ ὄντας δήλους εἶναι· τὸ μὲν καταστῆσαι μετόχους τοσούτους, ἄντικρυς ἂν δῆμον ἡγούμενοι, τὸ δ' αὖ ἀφανὲς, φόβον ἐς ἀλλήλους παρέξειν.

ϟγ΄. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ, οἱ μὲν τετρακόσιοι ἐς τὸ βουλευτήριον ὅμως καὶ τεθορυβημένοι ξυνελέγοντο· οἱ δ' ἐν

gentorum loco reipublicae praeesse vellet, ad hoc opus accedere & munitionem istam secum demoliri. Nam quamvis popularem statum restituere vellent, tamen suum consilium adhuc tegebant nomine quinque millium, ita ut non aperte dicerent, quicunque vellet populum reipublicae praeesse: quia metuebant, ne re vera essent quinque millia civium, quibus ad reipublicae administrationem aditus per vices pateret, neve quis de suo numero per inscitiam aliquid apud aliquem de quinque millium numero dicens laberetur, ac in capitis discrimen adduceretur. Et idcirco illi quadringenti neque volebant illos quinquies mille cives esse, neque constare illos non esse. Nam existimabant, tot quidem participes constituere, haud dubie statum esse popularem: sed si incertum esset, neque constaret esse quinque millia civium, quibus ad reipublicae administrationem aditus pateret, hoc mutuo terrorem esse incussurum.

XCIII. Postridie autem illi quadringenti, etsi animis perturbati, in curiam tamen convenerunt. At illi gravis ar-

τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται τόν τε Ἀλεξικλέα, ὃν ξυνέλαβον, ἀφέντες, καὶ τὸ τείχισμα καθελόντες, ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες, καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκκλησίασάν τε, καὶ δόξαν αὐτοῖς, εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ ἔθεντο αὐτοῦ ἐν τῷ Ἀνακείῳ τὰ ὅπλα. ἐλθόντες δὲ ἀπὸ τῶν τετρακοσίων τινὲς ᾑρημένοι, πρὸς αὐτοὺς ἀνὴρ ἀνδρὶ διελέγοντό τε, καὶ ἔπειθον οὓς ἴδοιεν ἀνθρώπους ἐπιεικεῖς, αὐτούς τε ἡσυχάζειν, καὶ τοὺς ἄλλους παρακατέχειν· λέγοντες, τούς τε πεντακισχιλίους ἀποφανεῖν, καὶ ἐκ τούτων ἐν μέρει, ᾗ ἂν τοῖς πεντακισχιλίοις δοκῇ, τοὺς τετρακοσίους ἔσεσθαι· τέως δὲ τὴν πόλιν μηδενὶ τρόπῳ διαφθείρειν, μηδ᾽ εἰς τοὺς πολεμίους ἀνῶσαι. τὸ δὲ πᾶν πλῆθος τῶν ὁπλιτῶν, ἀπὸ

maturae milites, qui in Piraeeo erant, cum Alexiclem dimisissent, quem comprehenderant, ac munitionem demoliti fuissent, ad Dionysiacum theatrum prope Munychiam situm concesserunt, & illic extra locum ordinarium armati concilium habuerunt, & ex communi ipsorum decreto confestim in urbem iverunt, & arma illic, in Anaceo deposuerunt. Quidam autem a quadringentis electi ad ipsos venerunt, & singuli singulos alloqui coeperunt; & quos animadvertissent homines esse mites, ipsis suadebant, ut & ipsi quiescerent, & alios in officio praeterea continerent: dicentes fore, ut quadringenti quinque millia civium designarent, & ex horum quinque millium numero quadringenti per vices constituerentur, prout ipsis quinque millibus placeret. Interea vero nullo modo civitatem perderent, neve eam funditus eversam hostibus traderent. His autem verbis, quae a multis dicebantur, & ad multos fiebant, universa armatorum multitudo placatior, quam

Pag. 169. *l.* 2. τὸν omittunt Cl. Gr. HUDS. *ead.* ἀφανές τε γὰρ ἦν) ἀφανέστερον γὰρ ἦν Cass. *l.* 3. τὸ) τοῦ & ex emendatione recenti τὸ Cass. *l.* 6. ἄλλοι) ἄλλῃ Gr. HUDS. *ead.* διώκειν) διώκοντες & inter versus a recenti correctore διώκειν Cass. *l.* 7. σφῶν) σφῶν αὐτῶν Gr. HUDS. *ead.* ἀτακτότεροι) ἀτακτότερον Cass. *l.* 8. τὰς ἐπὶ σφίσι &c.) Hic verborum sensus & ordo: γνόντες τὰς τῶν πολεμίων ναῦς ἐπὶ σφίσι (scil. κατὰ σφῶν αὐτῶν τεταγμένας) ἐπεχούσας (scil. ἑαυτὰς, i. e. παυσαμένας τοῦ σφίσιν ἐπικεῖσθαι) οὕτω δὴ καὶ αὐτοὶ παυσάμενοι &c. Ae. Port. HUDS. *ead.* ἐπεχούσας) Ita emendatum erat in Cass. pro ἔτι ἐχούσας. *ead.* παυσάμενοι τῆς ἐπεξαγωγῆς ἤδη) παυσάμενοι ἤδη τ. ἐ. ἤδη Dan. *l.* 10. ἠμύνοντό τε) ἠμύναντό τε Marg. Ar. C. HUDS. *l.* 11. νικῆσαν) νικησάντων Gr. IDEM. Et pro τὸ, τῶν. Κατὰ τὸ τῶν νικησάντων Πελοπ. Ms. Bas. Κατὰ τὸ τῶν νικῆσαν τῶν Πελοπ. ed. Bas. *ead.* ὑπολαβόντες) ὑπολαμβάνοντες Marg. C. HUDS. Cass.

Pag. 170. *l.* 3. Πύδιον) Μείδιον & supra manu recenti

Πείδιον Caff. *l.* 4. τοπρῶτον) τὸ πρῶτον Ar. C. HUDS. Gr. *l.* 7. δὴ ἴσχον) διέσχον Caff. *l.* 8. τὸ deeft Gr. *l.* 9. κατὰ βραχὺ) καταβραχὺ Ald. Flor. Baf. HUDS. Reg. Caff. *l.* 11. ἀξίους &c.) Scil. ἐν τοῖς ναυτικοῖς ἀξίους θαυμασθῆναι. Ae. Port. HUDS. *l.* 14. καὶ Βοιωτίας) καὶ deeft Dan.

Pag. 171. *l.* 1. πεντεκαίδεκα) πέντε καὶ δέκα Caff. πέντε καίδεκα Gr. *ead.* ἀπολλύασι) ἀπολλύουσι Reg. *l.* 2. τροπαῖον) τρόπαιον Caff. Gr. *l.* 3. προσαγαγόμενοι) προσαγόμενοι Caff. Gr. Dan. *ead.* τοὺς omittunt Ar. C. Ald. Flor. Baf. Steph. 1. HUDS. Reg. Caff. Gr. Dan. Cam. *l.* 4. ἐς) εἰς Gr. *l.* 5. τριήρη) τριήρει Caff. Reg. *l.* 7. κατὰ) μετὰ C. HUDS. *l.* 10. περιγενέσθαι) Scil. τῶν πολεμίων. vel, ἐκ τῶν παρόντων κακῶν, i. e. τὰ παρόντα δεινὰ ἐκφυγεῖν καὶ σώζεσθαι. Ae. Port. HUDS. *l.* 12. ἐν Σηστῷ) ἐν τῇ Σηστῷ Ar. C. HUDS. Reg. Gr. *l.* 13. ἐπέπλεον) ἔπλεον Marg. HUDS. Caff. *l.* 14. Ἁρπάγιον) Ἁρπάγια Stephano, Ἁρπαγεῖα Straboni dicitur. HUDS. *ead.* Πρίαπον) Τρίαπον Ar. C. IDEM. Dan. *ead.* τὰς ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ὀκτὼ) τὰς ἀπὸ Βυζαντίου τὰς ὀκτὼ Gr.

Pag. 172. *l.* 3. καὶ deeft Gr. Καὶ δὲ pro δὲ καὶ ed. Baf. Vulgatum fervat Mf. Baf. *ead.* προσηγάγοντο πάλιν &c.) προσηγάγοντο. καὶ πάλιν καὶ χρήματα Gr. *l.* 4. ἀνέπραξαν) ἔπραξαν Reg. ἀπέπραξαν Gr. *l.* 5. τῆς) τοῦ Reg. *l.* 8. Ἱπποκράτην) Ἱπποκράτη Caff. *l.* 9. τὰς ἐκεῖθεν ναῦς) Scil. τὰς δύο καὶ τεσσαράκοντα ναῦς, ὧν ἦρχεν Ἡγησανδρίδας. Ae. Port. Vide pag. 151. HUDS. *l.* 12. Φασήλιδος) Φασηλίδος Caff. Φασιλίδος Gr. *l.* 13. τε deeft Caff. *ead.* ἀποτρέψειε) ἀποστρέψειε Caff. *l.* 14. φίλον πεποιήκοι μᾶλλον) φίλον μᾶλλον πεποιήκοι Ar. C. HUDS. Reg. Dan. & uterque πεποιήκει, quod etiam habet Caff.

Pag. 173. *l.* 1. Ἁλικαρνασσέας) Ἁλικαρνασέας Caff. *l.* 2. ἐξέπραξε &c.) ἔπραξε καὶ οὐκ ἐτείχιζε Ar. C. HUDS. Reg. Dan. & in Reg. manu recenti Κῶν fuper οὐκ. *ead.* καὶ Κῶν) καὶ τὴν Κῶ Cl. HUDS. *ead.* ἐτείχιζε) ἐτείχισε Caff. *l.* 3. πρὸς τὸ) πρός τε τὸ Caff. *l.* 6. ἀναζεύξας deeft Dan. *l.* 7. ἐπὶ τοὺς Ἴωνας) ἐπὶ τῆς Ἰωνίας Ar. C. Cl. HUDS. Reg. Caff. *ead.* ὄντων δὲ τῶν) ὄντων δὲ καὶ τῶν Cl. HUDS. Gr. *l.* 10. ἐσηγάγοντο) ἐπηγάγοντο Cam. *ead.* Ἀστάκου) Ἀρσάκου Marg. Ἀρκάσου Ar. C. HUDS. Reg. Dan. Ἀρσάκου Caff. Ἀσκοῦ Gr. *l.* 12. Ἀτραμύττιον) Ἀδραμύττιον Caff. Ἀτραμύτειον Cam. Immo Ἀτραμύτιον habet Mf. Baf. *ead.* οἰκήσαντας) κατοικήσαντας Caff. *ead.* ὑπ' Ἀθηναίων) ὑπὸ

Ἀθηναίων Ar. C. Huds. Gr. *l.* 14. στρατιὰν) στρατείαν reponendum censet Ae. Port. Huds.

Pag. 174. *l.* 3. περὶ deest C. Huds. *l.* 7. μόνον τὸ) μόνον τω Cass. Μόνον τῶν Mſ. Bas. *ead.* ἐν Μιλήτῳ) ἐν τῇ Μιλήτῳ Ar. C. Cl. Huds. Mſ. Bas. Reg. Dan. *l.* 8. αὐτοῦ ἐξεπεπτώκεσαν) ἐξεπεπτώκεσαν αὐτοῦ Gr. *l.* 9. αὐτοῖς) αὐτοὺς Ar. C. Scil. ὑπ' αὐτῶν Ae. Portus. Huds. Αὐτοὺς Reg. Cass. Dan. & Reg. in margine manu recenti αὐτοῖς. *l.* 10. ἄλλο) ἄλλῳ Gr. *ead.* ἐπιβλάπτωσι) ἔτι βλάπτωσι Marg. Huds. Cass. *l.* 12. μᾶλλον) Scil. ἢ αὐτὸς ὁ Τισσαφέρνης. Ae. Port. Huds. *l.* 14. τε) τι Cass.

Pag. 175. *l.* 1. τὰς διαβολὰς &c.) τὰς διαβολὰς ἀπώσηται, καὶ περὶ τῶν &c. Marg. Ar. C. Cl. Περὶ τῶν Φοινισσῶν νεῶν, scil. τῶν οὐ κομισθεισῶν, ὥσπερ αὐτοῖς κομιεῖν ὑπέσχετο. Ae. Port. Huds. Τὰς δ. ἀπώσηται κ. π. Reg. Dan. *ead.* καὶ περὶ τῶν Φοινίσσων) καὶ τῶν Φοινισσῶν Dan. Φοινισσῶν etiam Gr. *l.* 3. ἀπολογήσηται) ἀπολογήσονται Dan.

ANNOTATIONES

IN LIBRUM VIII.

Pag. 3. *l.* 3. Τὸ ὄγδοον) De huius libri divisione vid. Diodorum Sic. XIII, pag. 352. Wass. Scribit ibi Diodorus, Thucydidem huius belli res gestas XXII annorum octo libris complexum esse; sed alios eos in novem dividere.

ead. l. 8. Ἠπίστουν) Audi Plutarchum in Nicia p. 542: Ἀθηναίοις δέ φασι τὴν συμφορὰν οὐχ ἥκιστα διὰ τὸν ἄγγελον ἄπιστον γενέσθαι. ξένος γάρ τις (ὡς ἔοικεν) ἀποβὰς εἰς Πειραιᾶ, καὶ καθίσας ἐπὶ κουρεῖον, ὡς ἐγνωκότων ἤδη τῶν Ἀθηναίων, λόγους ἐποιεῖτο περὶ τῶν γεγονότων. ὁ δὲ κουρεὺς ἀκούσας, πρὶν ἄλλους πυνθάνεσθαι, δρόμῳ συντείνας εἰς τὸ ἄστυ, καὶ προσβαλὼν τοῖς Ἄρχουσιν, εὐθὺς κατ' ἀγορὰν ἐνέβαλε τὸν λόγον. — ὡς δὲ ἐρωτώμενος παρ' οὗ πύθοιτο, σαφὲς οὐδὲν εἶχε φράζειν, δόξας λογοποιὸς εἶναι εἰς τὸν τροχὸν καταδεθεὶς ἐστρεβλοῦτο πολὺν χρόνον· ἕως ἐπῆλθον οἱ τὸ πᾶν κακὸν ὡς εἶχεν ἀπαγγέλλοντες. Ubi pro *μάχεσθαι* legendum, *μὴ δέχεσθαι*. De ira in vates adi Euripid. Phoen. 96, Zosimum p. 196. Wass.

ead. l. 10. Πανσυδεὶ) Ita Cl. & alii. recte: quod reposuimus. antea *πασσυδεί*. Dion. Halicarn. *πασσευδεὶ* & *πασσευδὶ* Antiq. I, 55. sed rectius Codex Vet. *πανσυδί*. utroque modo apud veteres pingi, testis Eustathius Iliad. 166. Aelius Dionysius apud eundem locum hunc adducens *πανσυδεὶ* scribit, & *παντελῶς* reddit. vide Il. λ', 708, 724; Il. β, 12, 29, 66. Denique Pollux VI, 162, hunc ut videtur locum adducens, ut ex *πανωλεθρία* patet, etiam *πανσυδὶ* legit, contra vero Suidas in *πασσυδεί*. qui corrupte *εἰ μὴ οὕτω τε π.* hinc emendandus. Utroque modo scribit Hesych. pro quo *πασσύριον* Aeolenses, teste eodem, eiusque exscriptore Phavorino. *πανσυδὶν* Schol. Synes. 408 a. & Aratus in fine Phaenom. Wass.

ead. l. 12. Ὠργίζοντο δὲ καὶ) Camerarius de scriptura Ms. sui, *δέ τι καὶ*, ita iudicat: *idque melius videtur.*

ead. l. 13. Ὁπόσοι — Σικελίαν) Thomas Magister in ἐλπίζω, omisso τι. male. Wass. Thomas ibidem perperam e Luciano Dial. Pluton. & Mercur. affert ἐλπίζει pro ἐπελπίζει. Vide Hemsterhusium ad hunc locum Luciani.

Pag. 4. *l.* 8. Ὑπηρεσίας ταῖς ναυσὶν) Valla verterat *ministeria ad nauticos usus*. Ab eo sine causa discessit Portus. Acacius quoque non male, *ministros nauticos*. Vid. ad VI, 31.

Pag. 5. *l.* 6. Τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν τὶ ἐς εὐτέλειαν σωφρονίσαι) Hoc Scholiastes refert ad privatos, quasi hi iussi fuerint parcius & minus sumtuose, quam ante, vivere. Sed dubito, an Thucydides potius de sumtibus publicis circumcisis loquatur. Nam Athenienses post Deceliae munitionem omni fructu agrorum privati, amissis etiam omnibus ovibus & iumentis, non abundabant copiis, & difficilis facta erat subvectio commeatuum, ut scribit Thucydides VII, 27, 28. ut adeo non probabile sit, tum multorum privatorum domos valde sumtuosas fuisse. Fiebant autem multi Athenis sumtus publici in sacra, in spectacula, & iudices, quos minuere & in usum belli convertere volebant Athenienses. Sic idem fere de Atheniensibus dicat Thucydides, quod de Nerva Xiphilinus: Πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ ἱπποδρομίας, ἄλλας τέ τινας θέας κατέλυσε, συστέλλων ὡς οἷόν τε τὰ δαπανήματα. *Adhibere sumtibus modum*, dicit Suetonius Ner. cap. 16. *Cavere sumtibus publicis*, Capitolinus M. Anton. Philos. cap. 11, ubi vid. Casaubonum. Ipse Thucydides interpres est verborum suorum infra cap. 4: Καὶ τὰ ἄλλα εἴπου τι ἐδόκει ἀχρεῖον ἀναλίσκεσθαι, ξυστελλόμενοι ἐς εὐτέλειαν. Pro eo, quod in Scholiasta legitur εἶναι βιοῦν, Hemsterhusius ad Polluc. IX, 138, coniiciebat ἐᾶσαι βιοῦν. Fortassis veram scripturam servavit Cod. Cass. πεῖσαι βιοῦν.

ead. l. 8. Ὡς ἂν καιρὸς ᾖ) *Dum tempus esset*, ut Scholia Gr. Fortasse non male, *prout tempus, vel occasio postularet*; vel, *prout opportunum esset*. Steph. Palmerius in Exercitat. pag. 765, *sicut tempus requireret*. Haec veriora sunt, quam quod Scholiastes dicit ὡς hic pro ἕως poni: quod neque sententiae huius loci convenit, & fortassis sine exemplo est. Auctor levis, qui varias significationes vocabuli ὡς congessit, ὡς pro ἕως esse dicit in Homero Od. γ′, v. 301: Ὡς ὁ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων. Sed apertum est, eum falli. Ὡς ὁ μὲν, quod saepe in Homero legitur, alias significationes habet, de quibus Eustathius ad

Odyss. ψ', pag. 1608. Nec recte Devarius in illo Demosthenis, γύναια ὡς τριάκοντα, ὡς pro ἕως poni dicit. Nam ὡς numeralibus appositum aliud significat: nec ἕως est adverbium numeri, sed temporis. In Odyss. ρ', v. 358, parvus Scholiastes ὡς ὅτε exponit μέχρις οὗ, & Eustathius ἕως ὅτου. Sed id huc non pertinet.

ead. l. 14. Οἱ Ἕλληνες — εἴη) Suidas in ἐπηρμένοι, qui οἱ οὖν Ἕλληνες ἐπηρμένοι, & omittit ἔτι. WASS.

Pag. 7. *l.* 14. Φθιώτας) Vide Euripidem Andromach. v. 723. WASS.

Pag. 8. *l.* 10. Ἑρμιονεῦσι) Urbis nomen Ἑρμιὼν Euripidi Herc. Fur. 615, Scylaci & Polybio: regionem τὴν Ἑρμιονίδα Noster & Pausanias appellant. WASS.

Pag. 9. *l.* 1. Ἐν τῇ Λακωνικῇ τείχισμα) Vide VII, 26 & 31.

ead. l. 11. Ἀλκαμένην) Sic cap. 8 & 10. Plerique Manuscripti hic Ἀλκαμένη. Utrumque recte, ut in aliis huiusmodi propriis.

Pag. 10. *l.* 3. Ἀλκαμένει) Sine dubio verum est Ἀλκαμένη. Nam quo Alcameni ἁρμοστὴν daret?

ead. l. 11. Ἢ τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων) Stephanus in Animadversionibus ad Corinthum Artic. XXXVI, pag. 28, scribit, hic abundare ἤ: nam consueto more loquendi dicendum fuisse πολὺ μᾶλλον τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων, sine ἤ: aut certe, πολὺ μᾶλλον, ἢ οἱ ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμόνιοι. Et qui hoc non animadvertat, eum in magnum errorem impelli posse: quippe existimaturum hunc sensum esse, qui se prima fronte offert, πολὺ μᾶλλον ὑπήκουον αὐτοῦ, ἢ ὑπήκουον τῶν ἐν τῇ πόλει Λακεδαιμονίων. Eundem, quem Stephanus, sensum horum verborum esse putavit Scholiastes: sed alterum expresserunt Valla, & spreto Scholiaste, & animadversione Stephani, deinde Portus, & Acacius. Et recte quidem, ut facile videbit, qui ea, quae praecedunt, & sequuntur, attente considerare volet. Nam propter eas causas, quas Thucydides dicit, maior tum erat apud socios Agidis, quam civitatis Lacedaemoniae, auctoritas. In eo, quod ibidem affert Stephanus e VII, 77, Ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν, facile concedi potest pleonasmus τοῦ ἤ.

ead. l. 13. Χῖοι — ὄντες) Ita MSS. & Ethnicographus. coniunctim veniunt hae gentes VIII, 14. & apud Herodotum. WASS.

Pag. 11. *l.* 2. Τῶν κάτω) Acacius bene *maritimae oræ*. Contra τὰ ἄνω. Vide ad I, 120, & II, 99.

ead. l. 5. Ἐτύγχανε πεπραγμένος τοὺς φόρους) Porti interpretatio abit a significatione verborum Graecorum, & mente Thucydidis. Quod Latine vertit, *a rege impetraverat tributa*, id in Scholio Graeco exponit, *rex remiserat ei tributa*. At quomodo haec rex ei remiserat, quae, ut Thucydides dicit, regi adhuc debebat? Stephanus quidem etiam πεπραγμένος φόρους vertit, *qui exigit tributa*: sed id hic ita accipi neque praepositio ὑπὸ, neque sententia loci patitur. Rectius Scholiastes ἀπητημένος, & Acacius, *ab rege vectigal postulatus*. Πράττομαί σε ἀργύριον, μισθὸν, φόρους, est *exigo*, ἀπαιτῶ: πράττομαι ὑπό σου, passivi forma, *tu a me exigis*, sive *ego a te postulor*, ἀπαιτοῦμαι. Prioris significationis ubique obvia sunt exempla. Vid. Thucydid. IV, 65, & VI, 54, & Aristoph. Nub. v. 244. De posteriore ex his verbis Thucydidis, & Thoma Magistro in πράττω liquet. Nec aliter accipi potest πραχθῆναι μισθὸν apud Pollucem IV, 46.

ead. l. 11. Ἀμόργην) Ita etiam infra cap. 19, & apud Herodotum V, 131, hoc nomen scribitur. Itaque perperam Gr. Ἄμοργος. De Pissuthne habet Thucydides I, 115, & III, 31, & Plutarchus in Pericle.

Pag. 12. *l.* 2. Φαρναβάκου) Palmerii sententiam, Φαρνάκου legentis ex Aristotele, confirmant quidam MSS. & nonnihil etiam ipse Thucydides II, 67, Φαρνάκην τὸν Φαρναβάζου memorans. Nam probabile est, Pharnacem illum, more antiquis usitato, filio Pharnabazo, nomen patris sui imposuisse. Nec improbat Palmerii emendationem Spanhemius Differt. X de Praestant. & Usu Numism. pag. 24. Pharnacem rursum nominat Thucydides V, 1.

Pag. 13. *l.* 4. Ἔνδιος γὰρ Ἀλκιβιάδου ἐκαλεῖτο) Non est habenda ratio librorum, qui habent Ἀλκιβιάδης. Nam Endii Ephori patri idem fuisse nomen, quod Alcibiadi Atheniensi, significat Thucydides. Nomen Alcibiadis, quod Laconicum est, primum habuisse huius, de quo hic sermo est, proavum, cuius pater hospitio Alcibiadis Lacedaemonii usus fuerit, ex hoc loco Thucydidis, & Harpocratione in Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, ubi primus Alcibiades Atheniensis huius πρόπαππος fuisse dicitur, disputat Meursius VI Atticar. Lection. 12. Sed refellit eum, & in Harpocratione non πρόπαππος, sed πάππος legendum esse ostendit Valesius in Notas Maussaci ad Harpocrationem. Recte

tamen Meursius reprehendit Scholiasten, qui Cliniam, secundi huius Alcibiadis patrem, filio hoc nomen ab Alcibiade Lacedaemonio hospite suo imposuisse scribit. Nam & ante Cliniam hoc nomen illatum erat in illius familiam, & iam avus Alcibiadis secundi hospitium Spartanis renuntiaverat, teste Thucydide V, 43. quod a maioribus suis factum dicit Alcibiades in Oratione ad Lacedaemonios VI, 89. Hoc si animadvertissent Stephanus, & Portus, verba, quae paulo ante leguntur, πατρικὸς ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὢν, non interpretati fuissent, *erat arctissimo hospitalis amicitiae vinculo iunctus, quae a patre coeperat.* Nam repugnat haec interpretatio Thucydidi, & πατρικὸς non ad solum patrem coarctatur. Thucydides VII, 69: Ἀξιῶν τὰς πατρικὰς ἀρετάς, ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι, μὴ ἀφανίζειν. Eadem ratio est, cum πατρικὸς φίλος, πλοῦτος, & alia huiusmodi dicuntur.

ead. l. 6. Φρύνιν ἄνδρα περίοικον) Valla vertit, *Phrynin vicinum illis hominem.* Hoc ambiguum est. Portus, *Phrynin hominem Chiis vicinum.* Credo eum errare. Vid. infr. ad c. 22.

ead. l. 8. Ἀπαγγείλαντος αὐτοῖς) Videri posset legendum αὐτοῦ, ut melius flueret oratio. Sed nihil tentandum arbitror: nam & alibi genitivi absoluti, quos vocant Grammatici, non utrique exprimuntur, sed tantum genitivus participii. Thucydides II, 92: Τὸν θεὸν ἐπήροντο· κελεύοντος δὲ, ἐξέπεμψαν τοὺς οἰκήτορας. Et IV, 20: Ἔτι δ' ὄντων ἀκρίτων; ubi Scholiastes supplet πραγμάτων. Lucianus Dial. mort. p. 269: Νοσοῦντος, ἃ μὲν βουλεύονται πᾶσι πρόδηλα.

Pag. 14. *l.* 12. Ὑπερενεγκόντες τὰς ναῦς τὸν ἰσθμὸν) Vide ad IV, 81. Infra cap. 8 dicit διαφέρειν.

Pag. 15. *l.* 1. Ὑπὲρ τοῦ Φαρναβάζου οὐκ ἐκοινωνοῦντο τὸν στόλον) Ἐκοινοῦντο, quod a prima manu est in Gr. item in Bas. & fortassis vetustioribus edd. hic non potest locum habere: nam κοινοῦν est *participem facere, communicare* aliquid cum aliquo. sed neque κοινωνεῖν cum quarto casu valde usitatum est. Laudant quidem e Platone κοινωνῶ σοι κοινωνίαν, & e Demosthene οὐδὲν σοι κοινωνῶ. Nec tamen ideo puto ubique sine discrimine huic verbo genitivum, vel accusativum iungi licere, ita ut v. g. aeque dici possit κοινωνῶ συμφορὰν, φιλίαν, & alia, quam συμφορᾶς & φιλίας. Nam & in eo, quod e Demosthene affertur, suppleri potest κατά. Thucydidem tamen scripsisse τὸν στόλον, & eos, quibus hoc insolentius esse videbatur, pro ἐκοινωνοῦντο sub-

ſtituiſſe ἐκοινοῦντο, mihi probabile videtur. Ὑπὲρ τοῦ Φαρναβάζου etiam melius ab Acacio puto verti *nomine Pharnabazi*, quam *legati Pharnabazi*, quod Vallae & Porto placuit.

ead. l. 3. Ἐς τὴν ἀποστολὴν) Infra cap. 9 Ἀποστολὴ τῶν νεῶν. Ἀπόστολον & ἀποστολὴν pro eodem dici, ſcribit Th. Magiſter: & laudat locum Ariſtidis, qui eſt in Oratione Sicula II, Tom. II, p. 32, Χρήματα δ' ἡμῖν τὰ μὲν εἰς τὸν ἀπόστολον τὸν καλὸν ἐξανήλωται, in hanc egregiam *claſſem*, ut ibi Canterus; quod etiam in *apparatum claſſis*, in *expeditionem maritimam*, recte vertas cum Hemſterhuſio ad Pollucem VIII, 99. Ἀπόστολοι, αἱ τῶν νεῶν ἐκπομπαὶ, Harpocration e Demoſthene I Philipp. Locus eſt pag. 36 ed. Pariſ. Εἰς ἃ τοσαῦτα ἀναλίσκετε χρήματα, ὅσα οὐδ' εἰς ἕνα τῶν ἀποστόλων. Et ibid. Τοὺς δὲ ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν, τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασὰς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν. Add. ibi Scholiaſten. Gloſſae: Ἀπόστολος, *miſſus*, *claſſis*, vel *genus navium*. forte *miſſus claſſis*. Quod ἀπόστολον genus navium dicit, interpretationem recipit ex iis, quae annotat Hemſterhuſius l. d. Auctor vitae Homeri cap. 19, Ἐκ μὲν δὴ τοῦ λιμένος οὐδὲν ἦν ἀπόστολον. Ἐπιβατηγοὺς vocat Ulpianus l. 1, § 12, D. de Exercitor. act. Latini *vectoria navigia*. Suetonius Caeſ. c. 63.

ead. l. 9. Αὐτοὺς) Gr. αὐτοῖς, ut ad ἔδοξε referatur. Wass. Si quis ita legendum putabit, deerit accuſativus αὐτούς: ſi αὐτοὺς, ſupplendum erit αὐτοῖς. De ellipſi pronominis αὐτὸς ſupra plus uno loco dictum eſt.

ead. l. 14. Τὰς ἡμίσεας τῶν νεῶν) Thom. Magiſter in ἥμισυ ſcribit, melius eſſe in accuſativo plurali tam maſculino, quam feminino genere ἡμίσεας, ἀσυναίρετον, quam ἡμίσεις. Ipſe tamen e Thucydide affert, τοὺς ἡμίσεις τῶν πρέσβεων. Sic quoque III, 20, & IV, 42.

Pag. 16. *l.* 4. Ἀδυνασίαν) Vide, quae ad VII, 8 annotata ſunt.

ead. l. 5. Καὶ διεκόμισαν) Hic, ut & IV, 8, & VII, 75, καὶ poſt δοκεῖν abundare cenſet Stephanus ad Corinthum Artic. XLV, pag. 33. Add. hoc lib. cap. 1, Καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς καὶ ἐποίουν ταῦτα.

ead. l. 8. Ἅ τότε ἦν) Ineunte vere, ait Spanhemius Epiſt. I ad Morellium § 8; haud dubie reſpiciens ad ea, quae in principio cap. 7 dicit Thucydides, τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου θέρους. Thucydides quidem voce θέρους ver & aeſtatem complecti ſolet, ut dictum eſt ad II, 1. ſed Iſthmia aeſta-

te, & quidem menſe Iulio Romano, acta fuiſſe, diſputat Dodwellus de Cyclis cap. 6, & in Annalib. Thucyd. ad Ann. XX Bell. Peloponn. Athenienſes autem, quamquam hoſtes Corinthiorum, tuto ad ſolemnia horum ludorum venire potuiſſe, oſtendit Spanhemius Ep. II ad Morell. § 7.

ead. l. 12. *Διατριβῆς ἐγγιγνομένης*) Gr. *γενομένης*. Sic & VII, 49, pro *ὄκνος τὶς καὶ μέλλησις ἐνεγένετο*, quidam Mſſ. *ἐγένετο*. Sed non eſt movenda ſcriptura vulgata. IV, 111, *Χρόνου ἐγγιγνομένου.*

Pag. 17. *l.* 2. *Ἐς τὸ ξυμμαχικὸν*) Portus utramque ſignificationem; quam haec verba recipere putabat, in interpretatione Latina expreſſerat, e qua Hudſonus illa, *Chios — in ſocietatis officio conſtanter permanere*, quae verbis *ad fidem faciendam* addiderat Portus, detraxit. Probavit nimirum priorem ſignificationem, quemadmodum & Graevius ad Luciani Dial. Mort. pag. 316. Mihi magis placet poſterior: *ναῦς τὸ πιστὸν εἰς τὸ συμμαχικὸν*, *naves*, *quae fidem facerent*, vel *pignoris loco eſſent*, *eos in ſocietate manſuros*. Ita Thucydides III, 11, *Τὸ ἀντίπαλον δέος μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν.* Nam quod ibi *συμμαχία*, hic *τὸ συμμαχικὸν* eſt, ut III, 91, & ſaepe alibi. Herodotus IX, 105: *Σαμίους — ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποιήσαντο, πίστι τε καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι.* Et *κατὰ τὸ συμμαχικὸν*, nempe *συμφώνημα*, ut ſupplet alicubi Scholiaſtes Thucydidis, dicuntur fieri, vel poſtulari, quae fiunt vel poſtulantur ex formula foederis cum ſociis initi: pro eo autem *εἰς τὸ συμμαχικὸν* dici vix putem.

ead. l. 3. *Τῆς ἀποστολῆς*) De voce Harpocratio p. 61; & Valeſius p. 10. Wass.

ibid. *Οἱ μὲν πολλοὶ οὐκ εἰδότες*) In his nominativi pro accuſativis, & participia pro infinitivis ponuntur ex ſententia Scholiaſtae. Sic IV, 26, *Αἴτιον δὲ ἦν, οἱ Λακεδαιμόνιοι προειπόντες*, pro *τοὺς Λακεδαιμονίους προειπεῖν*. III, 93, *αἴτιον* poſt ſe habet nominativum participii cum verbo finito: *Αἴτιον δὲ ἦν, οἵ τε Θεσσαλοὶ ἐν δυνάμει ὄντες τῶν ταύτῃ χωρίων — ἔφθειρον, καὶ διαπαντὸς ἐπολέμουν ἀνθρώποις νεοκαταστάτοις.* Ubi hoc itidem ita accipi poteſt, quaſi dixiſſet, *τοὺς Θεσσαλοὺς ὄντας φθείρειν καὶ πολεμεῖν.* Niſi quis ibi potius ſupplendum putet *ὅτι.*

ead. l. 6. *Ἰσχυρὸν*) Ar. *ἐχυρὸν*, non male. *Ἐχυρὸς*, munitus. *Ἐχυρὸν χωρίον*, & *ἀπὸ ἐχυροῦ ὁρμᾶσθαι* lib. I. *Ἐν ἐχυρῷ εἶναι* Xenophon. Noſter in I, *καὶ ταῦτα πιστεύοντες*

ἐχυρὰ ὑμῖν παρέξεσθαι. Illud fere securitatem firmam, hoc vero locum munitum notat: sed confunduntur. Noster III, 6, ὁρῶντες οὐδὲν ἰσχυρὸν ἀπὸ τῶν Λεσβίων. Arondell. favent Xenophon, Dionysius Halic. & Iosephus. Wass. Ἐχυρὸς & ἰσχυρὸς saepe permutantur in Mss. sed recepta huius loci lectio confirmari potest ex his Thucydidis IV, 27, Ὅτι ἔχοντάς τι ἰσχυρὸν αὐτοὺς ἐνόμιζον οὐκέτι σφίσιν ἐπικηρυκεύεσθαι. Et V, 111, Ὑμῶν τὰ μὲν ἰσχυρότατα ἐλπιζόμενα μέλλεται.

ead. l. 9. Ἐπηγγέλθησαν γὰρ) Hoc Valla & Portus referunt ad τὰ Ἴσθμια. Et sic Scholiastes Cod. Cass. qui ad haec verba annotat, αἱ σπονδαὶ δηλονότι. Stephanus & Acacius ad οἱ Ἀθηναῖοι, & Stephanus vertit, *denuntiatum*, vel *indictum erat Atheniensibus, ut adessent.*

ibid. Ἐθεώρουν ἐς αὐτὰ) Vide ad IV, 104.

ead. l. 12. Τῶν Κεγχρειῶν) Κεγχρεῶν malit Hudson. Rem absolvam, quam potero brevissime. Noster Κεγχρειὰς, Κεγχρειῶν, Κεγχρειᾷ utroque numero, recte. Ita & Scylax, Strabo, Philostratus vita Apollon. IV, 25. sine diphthongo semper, & in plurali tantum Polybius, semel Polyaenus, D. Chrysost. pag. 456, & Lucian. Navig. 506, Xenoph. 525. Diodorus Κεγχρέων, & Suidas, sed de Troadis civitate. Steph. Κέγχρεαι accentu retracto, Polyaenus Κεγχρέας. Eandem servat Ptolemaeus accentuationem. sed in Ms. Coislin. Κεγχρία mendose prorsus videtur; quam tamen scripturam secutus etiam est Codex Hoeschelii in Scylace, & Mss. D. Pauli ad Rom. XVI. In Act. XVIII Laud. III. *Cenchris*; atque ita Ms. Coll. nov. Apud Livium, qui alibi quidem Cenchreis, prius immerito damnat Sigonius. Ovidius I Trist. 10, 9: *Illa, Corinthiacis primum mihi cognita Cenchris.* Sic in plurali semper Livius. Oppidum τεῖχος, κώμη, ἀκρωτήριον, veteribus Geographis. Gentilia Κεγχρεάτης, Κέγχρεις, Steph. Lactantius in Statium *Cenchraeus* portus. Statius Theb. IV, 60, *Cenchraeaeque manus.* Portum instaurasse Augustum, ex numis patet. De situ dixerunt accurate Strabo, Pausanias. De appellatione ambigitur. Ethnicographus ab Heroë quodam deduxit. Apud Nicandrum in Ἑτεροιουμ. invenio Pierii filiam ita dictam. At verius puto, nomen invenisse ab officina metallorum, quae Demostheni & Theophrasto Κεγχρεών. Ionice Κερχνὶς etiam dicitur hoc oppidum apud Callimachum, quod caute distinguendum a fonte Κέγχρης, seu Κερχνείας apud

Aeſchylum Prometh. v. 677. Eſt & Κέγχριος fluvius propter Epheſum: Strabo XIV. Illam recentiores ad formam Latinam Κένχριος efferunt, quomodo & numus Severi. v. Tacitum Annal. III, 61. *Cenchreae* hodie: ſecundum alios *Kenchreai*, iuxta Tournefort Itin. II, 379, *Vourla* dicitur. Wass.

Pag. 18. *l.* 15. Κατατραυματίζουσιν) Vide Pollucem I, 125. Wass.

Pag. 21. *l.* 5. Πιστότερον) Camer. πιστότεροι. Sed de ſe ſolo loquitur. forte πιστότερος. Ita ſuadent praecedentia λέγων, & αὐτὸς ὅταν προσβάλῃ Ἰωνία.

Pag. 22. *l.* 1. Κοπεῖσαι) *Vexatae.* Demoſthenes II Olynth. pag. 14 apud Stephanum: Κοπτόμενοι δὲ αἰεὶ ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω καὶ κάτω, i. e. ut ibi Scholiaſtes, ταλαιπωρούμενοι. Heſychius: κοπτομένου, ταλαιπωρουμένου.

ead. l. 2. Ἱπποκλῆς) Ὑποκλῆς Gr. At Ἱπποκλῆς, ſed a noſtro diverſus, alicubi apud Plutarchum memoratur. Wass.

ead. l. 7. Τοῦ μὴ ἐξάγγελτοι γενέσθαι) Pro ἕνεκα τοῦ. Ita ſaepe Thucydides. Adi Stephani Append. ad Scripta de Dial. pag. 181. Quae de Coryco in Var. Lect. ſcribuntur, ſumta ſunt e Stephano de Urbib.

Pag. 23. *l.* 10. Ἀγγελία τῆς Χίου) *Nuntius de Chio.* Sophocles Aiac. v. 221, Οἵαν ἐδήλωσας ἀνδρὸς αἴθωνος ἀγγελίαν; & v. 1017, Ὀξεῖα γάρ σου βάξις ὡς θεοῦ τινὸς διῆλθ' Ἀχαιοὺς πάντας. Confer ſupra II, 45.

Pag. 25. *l.* 1. Πελοποννησίων) Marg. Λακεδαιμονίων, minus recte ſi numerum ſpectes, ſin vero dignitatem & primatum non male. reſpice ad § 3. Peloponneſi gentes ſeptem, Herodot. VIII, 73. ſed fere ſub Spartanis iam a tempore Herodoti. Ceterum Hiſtorici Πελοπόννησον ſcribunt: quidam νῆσον ἁπλῶς. Olim ex regibus Apie, Pelaſgo, Argo, varia traxit nomina, de quibus adi Stephanum, Etymol. p. 122, 10, Schol. Pind. p. 445, Apollodor. II, 1, Schol. Homeri Il. ά, 30, Schol. Theocrit. ιέ, 92. Dionyſius v. 403: Πέλοπος δ' ἐπὶ νῆσος ἐπηδεῖ &c. Ἄκρῳ μὲν γὰρ ἔοικεν ἐεργόμενος στενὸς Ἰσθμὸς Πρὸς Βορέην, καὶ κοινὸν ἐφ' Ἑλλάδος ἴχνος ἐρείδων &c. Ibi repone ex 6 Mſſ. ξυνὸν, Ionicum. Eius loca non πόλεις, ſed χώρας nominat Homerus, de qua re conſule Strabonem VIII, p. 337, & Pauſan. 710, Dionyſ. Halic. p. 9, 24. Pro Πελασγίδος αἴης apud Dionyſium v. 687 Stephani Codex fruſtra obtrudit

Λακωνίδος, quod merum est interpretamentum. Avienus; *regna Pelasgûm*. WASS.

ead. l. 4. Ἐς τὴν βοήθειαν ἐπὶ τὴν Χίον) Valla verterat, *ad succurrendum Chio*. Stephanus annotat: Intellige, *ad succurrendum sibi adversus Chium rebellantem*. Fortasse non male *ad resistendum Chio*. Est autem ad verbum, *Nihilque exiguum ad resistendum Chio fiebat*. Ita ille. Scholiastes βοήθειαν exponit μάχην. Acacius bene expressit sententiam: *nec quidquam parvum adversus Chium aut segne moliebantur*. Nam in phrasi βοηθεῖν ἐπί τινα accusativus & amicum & inimicum notat. Priori significatione Thucydides III, 97, Βεβοηθηκότες γὰρ ἤδη ἦσαν ἐπὶ τὸ Αἰγίτιον. & alibi saepissime. Posteriore IV, 25, Βοηθοῦντες ἐπὶ τοὺς Μεσσηνίους, i. e. κατὰ τοὺς Μεσσηνίους, *adversus Messanenses*. Et IV, 108, Ἐθάῤῥουν, καὶ ἐπίστευον μηδένα ἂν ἐπὶ σφᾶς βοηθῆσαι.

ead. l. 7. Ἐκ δὲ τῆς Χίου ἐς τὴν Τέων. καὶ ὁ Χαλκιδεὺς) Recte Portus tollit distinctionem, sententia ipsa postulante. Ea etiam abest a Gr. & in Cass. recens corrector distinctionem minimam post Τέων posuerat.

Pag. 27. *l.* 11. Βασιλέα) Βασιλεὺς fere apud nostrum. Quibusdam, ut scriptoribus sacris, additur μέγας. Plato de Legibus III, pag. 816, σχεδὸν ἐκ γε τοσούτου βασιλεὺς ἐν Πέρσαις οὐδεὶς πω ΜΕΓΑΣ γέγονεν ἀληθῶς, πλήν γε ὈΝΟΜΑΤΙ. WASS. Plerisque sine discrimine Βασιλεὺς, & Μέγας βασιλεὺς pro rege Persarum dicitur. Adi vel solum Aristophanem Plut. v. 170, Equit. 476, Acharn. 61, 65 & 647. Add. Brisson. I de Regno Persar. in princ. & Heraldum II Adversar. 15.

ead. l. 15. Ἐπὶ τοῖσδε) Vid. Marm. Oxon. Polybius III, 22, Ἐπὶ τοῖσδε φιλίαν εἶναι Ῥωμαίοις, καὶ Καρχηδονίοις. & c. 24, p. 486, κατὰ τάδε. WASS. Thucydides III, 114, Σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο — ἐπὶ τοῖσδε. Euripides Alcest. v. 375, Ἐπὶ τοῖσδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου. Ἐπὶ τούτοις Aristophanes Plut. v. 1169. Thucydides IV, 16 & 69, & Lucianus I Ver. Histor. pag. 651. Κατὰ τάδε Thucydides V, 18: Σπονδὰς ἐποιήσαντο — κατὰ τάδε. Et ibid. c. 47. Et καττάδε ibid. c. 77, 79.

Pag. 28. *l.* 12. Ἀπὸ βασιλέως) Ἀπὸ τοῦ βασιλέως Cl. non male. WASS.

ead. l. 15. Κατὰ ταυτὰ) Κατὰ ταῦτα μὲν ἡ ξυμμαχία αὕτη ἐγένετο. Cl. sed ταῦτα statim sequitur. WASS.

Pag. 29. *l.* 2. Ἐς Ἄναιαν) Vid. ad Lib. III, c. 19.

ead. l. 9. Ἐπὶ τῆς Τέω) Τέως, non Τήως, Stephanus. Vide Harpocrationem p. 202. Wass.

ead. l. 13. Ταῖς λοιπαῖς ἀναγαγόμενοι) Ναυσὶν addunt omnes Mſſ. & edd. ante Stephani ſecundam, quam Portus & Hudſonus ſecuti ſunt. Habet magnam ſpeciem gloſſae, & mihi difficile eſt credere a Thucydide potius eſſe, quam ex interpretatione.

Pag. 31. *l.* 5. Ἐπανάστασις ὑπὸ τοῦ δήμου τοῖς δυνατοῖς) Non temere eſt, quod Clar. & Caſſ. praepoſitionem omittunt. Stephanus monet annotandum eſſe, verbale hic retinere caſum verbi ſui. Hoc crebrum eſt in Thucydide. V, 18, Διάστασις τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους. VI, 76, Περὶ δὲ οἱ μὲν σφίσιν, ἀλλὰ μὴ ἐκείνῳ καταδουλώσεως (τῷ Μήδῳ ἀντέστησαν.). Adde quae ad V, 46 dicta ſunt.

ead. l. 7. Διακοσίους μέν τινας) Mſſ. & interpres ἐς διακοσίους. recte. Wass. Hoc tutius ex auctoritate omnium Mſſ. & edd. ante Steph. 2. recipi poteſt, quam paulo ante ναυσίν. Stephanus loco ab Hudſono in Var. Lect. annotato dicit, Latini ſermonis conſuetudinem non pati, ut adiectivum *aliquos* ea ſignificatione uſurpemus. Sed vid. Taubmannum & Lambinum ad Plaut. Menaechm. V, 5, 57, & Gronovium ad Gell. III, 7.

ead. l. 12. Τοῖς γεωμόροις) Γεωμόροι non ſolum Callimacho, qui Hymn. in Iov. v. 74 eos inferioris ordinis, & ὑπὸ χεῖρα πτολιάρχων eſſe dicit, & Suidae, ſed etiam Apollonio Rhodio I, v. 1214, ubi βοῦς γεωμόρος, & III, 1386, quae loca ad Callimachum obſervavit Spanhemius, Heſychio, & Etymol. M. in v. Πράμνειος, ſunt *agricolae*. Apud Dionyſium Halic. X, 39, γεωμόροι, coloni, quibus ager dividitur, & νόμος γεωμορικὸς, lex agraria. Hic in Scholio Codici Reg. vetuſta manu adſcripto γεωμόροι exponuntur οἱ τὴν γῆν μερίζοντες καὶ διδόντες πρὸς ἕκαστον: & in Caſſ. γεωμόρος, ὁ τὴν γῆν μερίζων. Sed ea interpretatio ab hoc loco aliena eſt. Nec Portus hoc ſenſu, quod in Var. Lect. dicit Hudſonus, γεωμόρους a Thucydide accipi exiſtimat, ſed, cum etiam hanc ſignificationem retuliſſet, ſcribit ex ipſa ſerie narrationis & ſententia loci apertum eſſe, Thucydidem ita non ſimpliciter videri appellare τοὺς ἀγροίκους, ἀλλὰ καὶ μάλιστα τοὺς δυνατοὺς, τοὺς ἐν ἀγροῖς οἴκους καὶ κτήματα ἔχοντας. Omnino γεωμόροι iidem ſunt, qui δυνατοὶ, quorum partem a plebe occiſam, dicit Thucydides. In republica Athenienſium quidem Γεωμόροι erant ſecundus

quidam ordo civium, & medius inter *Εὐπατρίδας* & *Δημιουργούς*. sed non credo ostendi posse, apud Samios cives itidem in tres huiusmodi ordines divisos fuisse. Apud Herodotum VII, 155, *γαμόροι* Syracusani, quos a plebe & servis urbe pulsos dicit, & ex eo Dionysius Halic. VI, 62, sunt agrorum & latifundiorum possessores, & iidem, quos hic *τοὺς δυνατοὺς* vocat Thucydides. Vide Valesium ad Excerpta Peiresciana pag. 229.

Pag. 32. *l.* 5. *Ὥσπερ εἴρητο*) Supra cap. 8. Illa, *καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον*, ad eandem parenthesin pertinent.

ead. l. 10. *Περίοικος*) Minime probabilis est sententia Acacii in Var. Lect. hunc e servis, vel colonis Cretensium fuisse: si modo ita sensit, de quo non satis liquet. Nulla ratio esse videtur, cur *περίοικος* hic aliter accipiatur, quam vulgo solet, i. e. pro *vicino*, & *accola*. Ut I, 17, & saepe apud alios. Sed tamen Thucydides aliquanto frequentius Lacedaemoniorum, quam ullius alterius populi *περιοίκους* memorat. I, 101: *Οἱ Εἵλωτες αὐτοῖς καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε καὶ Αἰθεεῖς ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν.* IV, 8: *Οἱ Σπαρτιᾶται αὐτοὶ μὲν, καὶ οἱ ἐγγύτατα τῶν περιοίκων.* Et sic huius Lib. cap. 6, & hoc loco. Nam utrobique *περίοικον* de homine ex hoc genere *περιοίκων* Lacedaemoniorum accipio. In Cod. Cass. ad cap. 6 hoc Scholion legitur: *Περίοικοί εἰσιν οἱ ὑπήκοοι γείτονες τῆς Σπάρτης.* Hoc verum esse arbitror. Nam *περιοίκους* hos libertate quidem usos fuisse, e Thucydide cognosci potest; alioqui enim eorum opera ad illa, quae dicit, ministeria usi non fuissent Spartani; item e Plutarcho Lycurg. qui in divisione agri Laconici *περιοίκοις* XXX millia sortium, Spartanis IX millia assignata scribit pag. 80. Sed tamen deteriore conditione quam cives Spartanos, nec Spartanos appellatos fuisse, constat e Xenoph. Histor. Graec. III, 494, & e Maximo Tyrio, qui Dissert. XIII, *τοὺς Εἵλωτας καὶ τὸν ἀνδραποδώδη ὅμιλον, καὶ τοὺς περιοίκους τῶν Λακεδαιμονίων* coniungit, & ab iis, quos *τὸ καθαρῶς Σπαρτιατικὸν* vocat, distinguit. Heinsius quidem ibi scribit, eosdem esse *περιοίκους* Lacedaemoniorum & *Εἵλωτας*: sed nondum mihi persuadet.

ead. l. 11. *Μήθυμναν πρῶτον ἀφιστᾶσιν*) Valla in interpretatione Latina addidit, quae in Graecis non leguntur; nam ita vertit: *primum Methymnam (quo prius pervenere) deinde, relictis hic quatuor navibus, Mitylenen (quo cum ceteris*

navibus venerunt) *ad deficiendum impulere*. Utrum ex ingenio ita suppleverit, quae ad sensum perficiendum deesse putabat, an in exemplari suo ea invenerit, non facile affirmari potest. Sed verosimilis est sententia Porti, locum mutilum esse. Quatuor autem naves Chiorum Methymnae relictas fuisse, idem recte ex iis conficit, quae Thucydides paulo post de fuga navium Chiarum e Methymna post Mitylenas ab Atheniensibus captas scribit.

ead. l. 12. Ὁ Λακεδαιμόνιος ναύαρχος) Clar. Λακεδαιμονίων. Eadem varietas est V, 3. Infra cap. 24, Χαλκιδέα, τὸν Λακεδαιμόνιον ἄρχοντα. & c. 29, Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος τοῦ Συρακουσίου στρατηγοῦ.

ead. l. 13. Πλέων ἐκ τῶν Κεγχρειῶν) Laudat haec, & διττογραφίαν nominis Κεγχρεαὶ ostendit Thomas Magister.

Pag. 34. *l.* 1. Καταληφθεῖσαι) Melius, ut puto, quidam MSS. καταλειφθεῖσαι: nam loquitur Thucydides de Chiis navibus, quae Methymnae relictae fuerant.

ead. l. 5. Πεζῇ παρέπλει) Πεζῇ, καὶ ἄρχοντα τούτοις προστάξας, αὐτὸς, reliquis omissis Cl. forte παραπέμπει legendum, ut infra cap. 61 ipse auctor. WASS.

Pag. 35. *l.* 4. Πολίχναν) Istos muros durasse ad Strabonis tempora probabile est; nam τειχῆρες χωρίον vocat. Nonnus Dionys. 354 plurali numero utitur: Οἵ τε Μύδειαν ἔναιον ἀειδομένας τε ΠΟΛΙΧΝΑΣ. In Hieroclis Notitia pag. 23 enumerantur Dardanum, Troas, Scamandrus, Ilium & Πολίχνα. Hodie *Bilenos* Turcis. Leunclav. Pand. Turc. WASS.

ead. l. 6. Δαφνοῦντα) Ἀρσενικῶς efferunt Strabo & Steph. Euphorio Δαφνοῦσαν vocat. In Phocidis litore posuit Plinius. Urbs Strabonis tempore solo aequata. WASS.

Pag. 36. *l.* 2. Οἰνουσσῶν) Ita MSS. & Herodotus. Οἰνοῦσαι Hecataeus apud Ethnicographum, quomodo & Mela. s geminat Plinius, sed singulariter effert. Singul. etiam Mela. Oenusae numero plurium Stephanus mendose de una insula. Oenussa olim dicta Carthago vid. Polyaen. VIII, 16, 6, & Tournefort I, 278. WASS.

ibid. Σιδούσσης) Σίδουσσα etiam Stephanus, cui, auctore Hecataeo, est πόλις Ἰωνίας. Plinius V, 31, *Sidusa*, & insulam facit. Annotavit Pinedo ad Stephanum.

ead. l. 3. Πτελεοῦ) Aliud est oppidum Thessaliae, de quo Epig. vet. apud Demosthenem p. 34, & Cantacuzen. p. 564; aliud longe hoc, nempe ad Mimantem & Erythras.

Wass. Πτελέον Stephanus παρεξυτόνως, & ita hic Caff. a prima manu, & infra cap. 31. fed Euftathius, qui Stephanum defcribit, Πτελεὸς & Πτελεὸν, in Iliad. β, pag. 297 & 324. Πτελεὸν rurfus Thucydides infra cap. 31, & de alia V, 18.

ead. l. 6. Καρδαμύλη) Καρδαμύλην hanc Ionicam prope Chium memorat Stephanus, fortaffis ex hoc loco, & e Stephano Euftathius in Iliad. ι, pag. 743.

ead. l. 7. Βολίσσῳ) Vid. Berkel. ad Steph. Androtio, Βολισὸς. πολίχνιον infulae Chiorum iuxta τῆς Χίου urbis, Comnena VII, p. 208. ubi pro μερικῶς ποσῶς, omnino reponendum ex Mf. Coislin. ὁποσῶς & infra συνήρασσε. Wass.

ead. l. 9. Ἀνάστατα — χωρία) Agnofcit Pollux III, 91. Herodotus p. 31, ἀναστάτους ἐποίησε Συρίους. ἀναστατοῦντας, ἀνατρέποντας Hefych. v. Etymologum & Suidam. Auctor nefcio quis, πᾶν Μέλαθρον ἄρδην ἐκ βάθρων ἈΝΑΣΤΑΤΟΝ. Wass.

ibid. Ἐν Φαναῖς) Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίου, Stephanus. Vide ibi Holftenium.

ead. l. 10. Ἐν Λευκωνίῳ) Quae hic in Var. Lect. fcribit Hudfonus, funt e Palmerii Exercitation. pag. 56. Sed erratum eft in nomine Polybii, qui Lib. VIII nihil de Chiis dicit. Credo, Palmerium voluiffe fcribere, Polyaenus lib. 8. Nam ibi cap. 66 haec leguntur: Χίοις πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμος ἦν Λευκωνίας πέρι.

Pag. 37. *l.* 8. Οὐ πάνυ πόνηρα) Caff. & Gr. πονηρά. De difcrimine inter πονηρὸς & πόνηρος non fatis convenit inter Grammaticos. Vide Ammonium in μοχθηρὸς & πόνηρον, Suidam, Etymol. M. Euftathium in Homer. Iliad. β, pag. 341, & Scholiaften Ariftophanis Plut. v. 127, 220, & Nub. v. 102. Stephanus in Thefauro ex hoc loco videtur exiftimaffe, fine difcrimine poffe dici πονηρὰ & πόνηρα πράγματα. Sed ex Ammonii fententia in Thucydide legendum eft πονηρὰ, non πόνηρα. Nam ita fcribit in μοχθηρός: Λέγουσι δὲ ἁπλῶς τὰ φαῦλα καὶ μοχθηρὰ πονηρά. ὡς Θουκυδίδης πονηρὰ τὰ πράγματα τῶν Ἀθηναίων, ἀντὶ τοῦ φαῦλα. Μόχθηρος δὲ ὁ ἐπίπονος, ὡς καὶ πόνηρος. Et fic Thucydides VII, 48, Ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε μὲν καὶ αὐτὸς πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι. Et VIII, 97, Ἐκ πονηρῶν τῶν πραγμάτων γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀνήνεγκε τὴν πόλιν.

ead. l. 12. Εἰργομένοις σὺν αὐτοῖς) Hunc ufum Dativi pro

Genitivo absoluto etiam ad VI, 82 observavit Portus. Add. Scholiasten ad IV, 10. Ex aliis plura huiusmodi annotarunt alii.

Pag. 38. *l.* 7. Τῶν Ἀθηναίων) Τῶν deest etiam Cl. & Gr. rectius. Wass.

Pag. 39. *l.* 3. Καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρᾳ) Ex hoc loco descripsit Suidas in κέρας.

ead. l. 12. Τὴν πόλιν τῶν Μιλησίων) Miletum nempe. A Mileto Apollinis & Areae filio coloniae ductore nomen habere ait IX Met. Ovidius. Eam vero iuxta Paterculum condiderunt Iones auspiciis Ionis cuiusdam, Solis & Pasiphaës filii. Conditam prodit Syncellus Herculis & Bacchi temporibus, A. M. 4219. Minois aevo, Apollodorus & Strabo. Hoc est pro mente & computo Usserii 3287, ante Christ. 717. Confer Eusebium DCCXXX. Hodie *Palatschia* vocari autumat Sponius Lib. de VII Eccles. idque ab angusta ruinarum facie, lapidibus hinc inde nomen Mileti etiamnum servantibus. At Strabonis descriptio cum situ Palatschiae minus convenit. Moletius, & Alex. Zardus appellant *Melaxo*, vel *Melasso*. Ut ad verum oppidi situm quasi manu ducatur lector, distinguendum inprimis inter civitatem veterem novamque. utraque Strabonis aetate exstabat. Haec ad mare sita est, & Cretensibus sub Sarpedone originem debet, qui Caribus expulsis oram late maritimam aliquamdiu habuerunt: illam Neleus postea erexit. Adi Strabonem IV, 634, Herodot. IX, 96, Pausan. VII, 2, Aelian. Var. Hist. VIII, 2. De vetustiore intelligendi Homerus & Onomacritus. Μυονίην ἐρατεινὴν, Καὶ ΜΙΛΗΤΟΝ ἔχεις ἜΝΑΛΟΝ πόλιν, ἱμερόεσσαν Hymn. Apoll. Ἤλυθε δ' Ἐργῖνος Βράγχου πολύπυρον ἄρουραν Ἐκπρολιπὼν, καὶ ΤΥΡΣΙΝ ἘΡΕΜΝΗΣ Μιλήτοιο, Ἔνθα ῥοαὶ κλύζουσι πολυπλανέος Μαιάνδρου. hoc est, non *tenebricosi*, sed *verendi*: propter minas murorum. malim tamen ἐρυμνῆς. Callimachus Del. Κεῖναι μὲν πύργοισι περισκεπέεσσιν ἘΡΥΜΝΑΙ, Δῆλος δ' Ἀπόλλωνι. De Brancho Apollinis Didymaei vate consulantur Mela I, 17, & Alexandrinus Clemens p. 750. Huius oraculum erat a Posideio XVIII stad. sed incensum a Xerxe. Apollinem etiam Οὔλιον coluisse Milesios, docet Meandrius. V. Macrobium I, 17 Saturnal. Eiusque, ut putat, rudera, hodie Turcis *Iotan*, delineavit in Itinerario Whelerus p. 271. Recentius oppidum 4 portus, unum classis capacem, habuisse narrat Strabo. Illud primo vi cepit Xer-

xes, teste Herodoto VI, 21; postea Alexander. Utrumque subinnuere videtur Arriani locus, etiamsi mendosior. Ἐπὶ Μιλήτου ἐστέλλετο, καὶ τὴν μὲν Ἔξωδα (Mss. ἔξοδον) καλουμένην πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβεν, ἐκλιπούσης τῆς φυλακῆς. ἐνταῦθα καταστρατοπεδεύσας, ἔγνω ἀποτειχίζειν τὴν ἜΙΣΩ πόλιν. Unde supra Μιλήτου ἔξω καλ. π. Blancard. Dein, paucis interiectis, οἱ μὲν αὐτῶν ῥιπτοῦντες σφᾶς ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ὑπτίων, ἐς νησίδα τινὰ ἀνώνυμον τῇ πόλει ἐπικειμένην διενήχοντο. Postea: ἐπέπλει αὐτὸς (Alexander) καὶ Βάκας (σαμβύκας Blancard. forte κλίμακας) φέρειν ἐπὶ τὰς πρῴρας τῶν τριηρῶν κελεύσας, ὡς κατὰ ἀπότομα τῆς νήσου, καθάπερ πρὸς τεῖχος, ἐκ τῶν νεῶν τὴν ἀπόβασιν ποιησόμενος. Ex hisce scopulis, an insulis, quas τραγαίας vocat Strabo, de vero situ Mileti optime iudicare poterit αὐτόπτης. Unam tantum agnoscit τραγίαν, & νῆσον appellat Thucydides. In Sponii lapidibus nihil praesidii; praesertim cum nulla arte fabrili coagmentati sint, sed passim, & tumultuarie congesti. Nec eos temere dixerim a Mileto huc adductos in usus nascentis alicuius oppiduli. Palatschia Nigro Priene, quae ad tempora Ausonii integra, ut videtur, permansit. Verum inter eam & Miletum medius interfluit Maeander. Dionysius Μιλήτου τε μεσηγὺ καὶ εὐρυχόροιο Πριήνης. Τάων ἀμφοτέρων γε βορειοτέρην ἐσίδοιο Παῤῥαλίην Ἔφεσον, μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης. Ἔνθα θεῇ ποτε νηὸν Ἀμαζονίδες τετύκοντο Πρέμνῳ ἔνι πτελέης. Ibi pro νηὸν 5 Mss. βωμόν; Callimachus, quem sequitur, βρέτας: Σοὶ καὶ Ἀμαζονίδες πολέμου ἐπιθυμήτειραι: Ἔν ποτε παῤῥαλίῃ Ἐφέσου βρέτας ἱδρύσαντο Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ. Βωμὸν accipe basin statuae, neque aliter Eustathius. Avienus, *Urbs Ephesus* taetrae *sustollit fana Dianae, Munus Amazonidum memorabile.* Pro voce nihili *taetrae* satis ingeniose Munckerus *tetricae.* Quo sensu *torva* apud Ovidium. Martialis in Silium, *Totos dat* tetricae *dies Minervae.* Vulgati tamen, *Urbs Ephesus qua tetrae. Triviae*, hic locum habere non potest, quia semper ἁπλῶς, nunquam adiungitur voci *Dianae.* tetrica ergo, quia ilignea & ex stipite? vix crediderim. An ob humana sacrificia? Id quidem minus. Nescio an *Scythicae?* erat enim Amazonidum munus: has Scythis annumerat Dionysius. Ut ut haec sint, Niger plane fallitur. Et Myus erat a mari 30 mil. remota. restant Heraclea & Pyrrha. Posteriorem urbem nunc *Palatcha* dictam autumat Whelerus. Certe Heraclea vel Strabonis tem-

pore tantum πολίχνιον, civitas nequaquam. Pyrrham nunc *Demonage* iuxta Moletium L stadia ab ostio Maeandri loco paludoso ponit Strabo XIV, pag. 636. De magnitudine apud antiquos ne verbum quidem. Locus paludosus pro Whelero facit. Oraculum vero Apollinis inter Posidium prom. & Miletum collocat Strabo a Mileto XVIII stad. a litore XX. Hinc forte emendandi numeri Pliniani, & pro 180 reponendum XVIII. Dicta est urbs Milesiorum vetus ante Cretensium adventum Λελεγηΐς, vel, ut habent Eustathii exemplaria, Λελεγὶς, postea Πιτύουσσα. Steph. & Didymus in Sympofiaco: demum ab Anacte Terrae Coelique filio Ἀνακτορία, sed quo tempòre parum compertum est. Phobium ibi imperasse tradit Alexander Aetolus, Παῖς Ἱπποκλῆος Φόβιος νηλημαδάο. Reliquam eius historiam pete ab Herodoto I, 17, Ephoro, & Heraclide Pontico apud Athenaeum XII, pag. 523, Parthenio Erot. VIII, IX, XIV, XVIII, Xenoph. Exped. p. 244, Polybio p. 1018, 1172, Livio XXXVIII, 39, Cicerone Verrin. Strabone XIV, 634, Diodoro p. 301, 388, 573, Tacito An. IV, 43, Gellio XI, 9, Plutarch. de Herodoti Malign. p. 86, Polyaeno VI, 47, VIII, 23, 36, Dione Orat. XLVII, p. 517. Ultimum eius excidium sub Othomane contigit. Exstitisse enim ad A. Chr. 347, ex Conciliis & Hilario in Fragm. p. 1325 satis patet. Post id temporis Episcopatus sedes ad Mylasensium urbem 30 mil. a Mileto distantem translata esse videtur. Suadent inter alia Notitiae Episc. in quibus provincia Cariae ὁ Μυλάσσων Episcopus tantum memoratur, Mileti non item. Unde de Notitiarum antiquitate sententiam ferre possumus. Mabias Othmanis praefectus, inquit Constantinus Manasses, Ephesum, Halicarnassum, Smyrnam & reliquas Ioniae urbes ἐλυμήνατο. His & Miletum adiunxerim. Sibyllina illa nos, qui vates non sumus, haud satis assequimur, Μίλητον τρυφερὴν ἀπολεῖ πρηστὴρ ποτ' ἄνωθεν. Recte ubique scribitur Μίλητος. Exstat tamen numus apud Tristan. I, 600, cum hac inscriptione, ΜΕΙΛΗΣΙΩΝ. Aliter Augustaei aevi Numismata. Wass.

Pag. 40. *l.* 14. Ἐλεὸν) De hac insula nihil alibi me legisse memini. Wass.

Pag. 41. *l.* 4. Τειχιοῦσσαν) Quasi τειχιόεσσα, muris turribusque cincta. Hesych. τειχειόεσσαν καλὰ τείχη ἔχουσαν, & sic Phavorin. lege τειχιόεσσαν: ad Homerum respexit. Paucae urbes hoc epitheto gaudent apud Homerum, cuius

tempore Graecia fere pagatim habitata erat. τειχιόεσσαν inquit Schol. in Iliad. β, v. 559, ἐπεὶ δοκεῖ ὑπὸ Κυκλώπων τετειχίσθαι. Recte turres inter Cyclopum inventa ponit apud Plinium Aristoteles. Virgil. *Cyclopum* educta *Caminis Moenia conspicio.* Ibi 4 Mss. Cantab. scriptura veriore *vire-cta* exhibent. Statius, *Monstrat Cyclopum* ductas *fornacibus arces.* Euripides de Mycenis Elect. v. 1157, Ἱκόμενον εἰς οἴκους, ΚΥΚΛΩΠΕΙΑ τ' ΟΥΡΑΝΙΑ τείχε' &c. Atque ita sacri scriptores. v. Eustath. in Odyss. 346, Antipatrum Thessalum Anthol. I, 146, Steph. in Vossii Cod. Τειχιόεις, πόλις Μιλησίας. τὸ ἐθνικὸν Τειχιοεύς. Athenaeus VIII de Stratonico Citharoedo: ἐν Τειχιοῦντι τῆς Μιλήτου φυγάδων οἰκούντων, ὡς ἑώρα πάντας τοὺς τάφους ξενικοὺς ὄντας, ἀπίωμεν, ἔφη, παῖ. ἐνταῦθα γὰρ οἱ ξένοι ἐοίκασιν ἀποθνήσκειν, τῶν δ' ἀστῶν οὐδείς. WASS. Τειχιοῦντα & Τειχιοῦσσαν eandem esse, ostendunt Leopardus X Emendat. 4, & Casaubonus ad Athenaeum VII, 20.

ead. l. 12. Δέρου) Ar. Λέρου. recte. Una est ex Sporadibus. v. Plinium IV, 12, V, 31, Herodotum V, 125, Strabon. XIV, 437, & Epitom. p. 137, Dinarchum apud D. Halicarn. Tom. II, p. 118, Anton. Liberalem c. 2, Aelian. de Animal. IV, 42, Suidam v. Φερεκύδης. WASS. Λέρου legendum esse, iam viderat Palmerius in Exercitation. p. 56.

Pag. 42. *l.* 4. Σφετέραις) Ἔσται ante ἀγωνίσασθαι delendum censet Heilm. & cum σφετέραις subintelligendum ὁ ἀγὼν ἔσται.

Pag. 44. *l.* 4. Ἴασον) Ita apud nostrum VIII, 26, 36 & 54, Laërtium II, 111, Archestratum apud Athenaeum III, p. 105, Plutarch. de sollertia animal. p. 984, & in Notitia Episcopat. Aelian. de Animal. VI, 15, & Suida. Polybius cum σσ & Livius; sed hi libri in Geographicis corruptissimi: sic tamen & Ptolemaeus etiam in Ms. Coislin. Appian. & Strabo. Plinius & Mela cum nostro. WASS. In Laërtio Ἰασσεὺς pro Ἰασεὺς scribendum censent Casaubonus & Menagius, & eodem modo in Suida v. Χοιρίλος Menagius.

ibid. Ἀμόργης) Servum regis vocat Andocides Orat. III, p. 281. WASS.

Pag. 45. *l.* 13. Ὥσπερ ὑπέστη) De hac significatione vocis ὑφίστημι dictum est ad Lib. IV, cap. 39.

Pag. 46. *l.* 7. Ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνὸς) Recte vidit Palmerius, hanc scripturam stare non posse. Nam si singulis mensibus in LV

naves non nisi tria talenta, id est XVIII millia drachmarum Atticarum, data fuerunt, consequens est, singulas naves quolibet mense tantum paulo plus 327 drachmas, & in dies nondum undecim tulisse, quod est, ut bene Palmerius, absurdissimum. Itaque tentat hunc locum variis coniecturis, quas ex illius Exercitation. pag. 56 descripsit in Var. Lect. Hudsonus. Ex his postremam amplectitur, & pro *τρία τάλαντα* itidem *τριάκοντα τάλαντα* legit Meibomius in libro de Fabrica Triremium, p. 559 & seqq. Tom. XII Thes. Graev. Longa est illius disputatio, quam in pauca contraham, & meam de ea sententiam, quam potero brevissime, dicam. Primo pro certissimo ponit, in qualibet triremi ea aetate ducentos cum nautas, tum milites, adeoque in hac LV navium classe undecim millia hominum fuisse. Deinde verba Thucydidis, quae paulo ante haec leguntur, *μηνὸς μὲν τροφὴν (ὥσπερ ὑπέστη ἐν τῇ Λακεδαίμονι) ἐς δραχμὴν Ἀττικὴν ἑκάστῳ πάσαις ταῖς ναυσὶ διέδωκε*, ita interpretatur, hoc a Tissapherne factum esse ex pacto inter regem & Lacedaemonios, de quo est cap. 5; quo rex promiserit, se primo mense singulis nautis drachmam, sequentibus autem tantum tres obolos daturum. Postremo illa, *ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς*, & quae sequuntur, hunc in modum exponit: Tissaphernem, quamquam ex pacto cogi non poterat post primum mensem plus quam tres obolos in capita, id est, talenta viginti septem semis in LV naves, dare, tamen, ut alacriores redderet Lacedaemonios, pollicitum fuisse, se LV navibus in mensem triginta talenta praebiturum, perinde ac si classis LX navium, & in ea XII millia hominum essent. Unde necessario confici putat, pro *τρία* legendum esse *τριάκοντα*. Sed non pauca sunt in hac interpretatione & emendatione dubia. Nititur ea unico hoc fundamento de ducentis in qualibet navi hominibus, quod fortassis non firmissimum est. Herodotus quidem, cuius auctoritate praecipue pugnat, VII, 174, scribit in mille ducentis & septem navibus Xerxis 241400 homines fuisse, *ducenos in singulas naves supputando:* sed addit, quod dissimulat Meibomius, praeter hos singulas naves triginta epibatas habuisse. At hos de numero ducentorum detrahit Meibomius, & singulis navibus Peloponnesiorum tantum ducentos homines, non plures, nec pauciores, vectos, atque ex iis 180 remiges, reliquos 20 partim milites, partim ministerio alicui praefectos fuisse pu-

tat. Itaque cum ipse ab Herodoto abeat, frustra in eo praesidium sententiae suae quaerit. Quin etiam, si Herodotus plane idem, quod Meibomius, dixisset, tamen ex eo nondum pro certissimo demonstrari posset, Peloponnesios aliosque Graecos tunc eandem, quam olim in instruenda classe Xerxem, rationem secutos fuisse. E verbis Xenophontis prima specie aliquanto apertius videtur apparere id, quod de ducentis in qualibet triremi hominibus ponit Meibomius. Nam Xenophon I Hist. Graec. pag. 441 dicit, Cyrum iuniorem singulis nautis Peloponnesiorum diurnos tres obolos, & in singulas naves menstruas triginta minas stipendii nomine dedisse. Unde efficitur, singulis navibus ducentos viros vectos fuisse. Cum enim triginta minae faciant tria millia drachmarum, in singulos dies erogatae fuerunt centum drachmae, id est, trioboli ducenti. Sed haec ratio tum demum recte constaret, si omnes illi ducenti, quos in qualibet navi fuisse contendit Meibomius, idem omnino stipendium meruissent, nec quisquam eorum quidquam praeter tres obolos in diem accepisset. Iam vero cum plane probabile sit, quod ad Xenophontem putat Palmerius, gubernatores, aliosque, qui honestiore aliquo officio in navi fungebantur, plus quam ceteros accepisse, & remiges ipsos, quod nec Meibomius negat, alium alio plus stipendii tulisse, e Scholiaste Aristophanis ad Ranas v. 1106, & e Scholiaste Thucydidis ad VI, 31 constet, Meibomianas illas rationes ruere necesse est. Quibus eversis, facile intelligitur, emendationem illius, etiamsi eam veram esse putare velimus, tamen minime stabili fundamento superstrui: & quod ad inveniendum numerum ducentorum hominum in singulis triremibus verba Thucydidis, ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τριάκοντα (ita enim legit, pro τρία) τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνὸς, ita interpretatur, quasi Tissaphernes dixisset, se, cum ex pacto tantum viginti septem talenta cum dimidio in quinquaginta quinque naves deberet, tamen hoc in se recipere, ut, donec a rege responsum accepisset, summam illam ad triginta talenta augeret, perinde ac si sexaginta naves essent, id nihil aliud esse, quam verba ad conceptam animo opinionem torquere, & ex ea vocem fortassis non corruptam emendare. Nec magis probare possum, quod dicit, inter regem & Lacedaemonios convenisse, ut rex primi mensis ἐντελῆ μισθὸν, id est, drachmam, ceteris autem tantum

triobolum nautis penderet. Neque enim de huiusmodi pacto quidquam e Thucydide colligas; & si ita conventum fuisset, quo colore Tissaphernem pactum non servare queri potuissent, quod factum fuisse non obscure significat Thucydides, Lacedaemonii? Nam si hi inutiliter pacti erant, ea non Tissaphernis, sed ipsorum culpa erat. Denique, cum alios reprehendat, ut qui perperam interpretati fuerint haec verba παρὰ πέντε ναῦς, ipse ea ita exponit, ut nihil inde lucis huic loco inferatur. Nam vertit ea, *praeter, id est, supra quinque naves. quippe naves quinque*, inquit, *non excluduntur, sed includuntur. Supra ceteras naves, quae classem Lacedaemoniorum efficiebant, quinque amplius computabantur.* Quae non minus, quam Thucydidis ipsius verba, obscura & intricata sunt. Ea quomodo expediri debeant, mihi nondum satis liquet. Nam non intelligo, cur, cum cap. 26 totam classem Peloponnesiorum quinquaginta quinque navium fuisse dixerit, nunc praeter eas quinque, quasi praecipuas, memoret, easque e numero illarum quinquaginta quinque excludere videatur. Non dubito, quin corruptus sit locus: sed qua in parte vitium haereat, non pro certo possum constituere. Interim suspicor, quinque has naves ideo praecipue memorari, quod a Lacedaemoniis primum tantum quinque naves ad Chios adiuvandos instructae erant, & cum Chalcideo atque Alcibiade Chium venerant, ut est cap. 6, 8, 11 & 12. E Palmerii coniecturis autem maxime probo secundam, nec plane vero dissimile esse puto, cum Thucydides scripsisset, ἐς γὰρ πέντε ναῦς τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνὸς, aliquem, qui cap. 26, quinquaginta quinque naves Peloponnesiorum fuisse, legerat, in margine adscripsisse καὶ πεντήκοντα; quae suspicio etiam nonnihil ex eo confirmatur, quod Thucydides fere ubique, & vel uno hoc libro plus decies, nomen ναῦς ante, vel post nomina numerorum, rarissime autem inter ea ponit. Haec si admittatur, loci difficillimi hic sensus esse potest: Tissaphernem, cum intellexisset, non plures quam quinque naves parari, faciliorem fuisse in drachma diurna non tantum in has, sed etiam in alias, quas praeter illas missuri essent Peloponnesii, promittenda; quod non putaret admodum multas missum iri. Sed cum deinde numerus illarum ad quinquaginta quinque auctus fuisset, primi quidem mensis integrum stipendium, id est, drachmam promissam omnibus solvisse; sed magnitudine sumtus deterritum a priore pacto

recedere, & in ceteros menses pro drachma tantum tres obolos dare voluisse. Verum reclamantibus Lacedaemoniis, in primisque Hermocrate Syracusano, deinde aliud inter eos pactum initum fuisse, e quo praeter quinque illas naves, quarum praecipua aliqua ratio habita videtur, id est, praeter eos, qui his vehebantur, etiam omnes, qui in aliis navibus erant, non quidem integram drachmam, sed tamen plus quam ternos in diem obolos acciperent. Nam quinque his navibus tria in mensem talenta, quae e priore pacto plura dabantur, & ceteris omnibus, quantuscunque earum esset numerus, ad eandem rationem, id est, non plus, nec minus, quam quot mensibus tria in quinque naves talenta data fuisse. Haec nunc est mea de hoc loco sententia, quam, si quis meliora me docebit, lubens deseram. Duker. Conf. Heilm. qui h. l. ita legendum & interpungendum censet: Ἑρμοκράτους δὲ ἀντειπόντος τοῦ Συρ. στρατηγοῦ (ὁ γὰρ Θηραμένης — μαλακὸς ἦν περὶ τοῦ μισθοῦ· ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὄβολοι ὡμολογήθησαν· ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ (adhuc) τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός·) καὶ τοῖς ἄλλοις &c. ut apodosis non ab ὅμως, sed a καὶ τοῖς ἄλλοις incipiat.

ead. l. 11. Τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναίοις) Cl. οἱ ἐν τῇ Σάμῳ Ἀθηναῖοι, quomodo & Valla. Wass. Si vulgata scriptura est a Thucydide, plane insolita structura orationis usus est: quae, etiamsi dativos ad proximum προσαφιγμέναι referas, nihilo minus hiulca & contorta erit; planior futura, si γὰρ tolli liceret.

Pag. 48. *l.* 10. Δρίμυσσαν) Hudson. praefert per *υ*. Sed δρύος & δρίος apud Homerum Odyss. ξ, v. 353, & Hesych. in δρίον. Liv. *Drymusa* XXXVIII, 39. ibi tamen LI Aler. Codex Ms. Polybii apud Ursinum Δρυμοῦσσα. Cl. Gr. Δρύμυσσαν. Rara, aut nulla alibi huius insulae mentio. *Pelam* agnoscit Livius XXXVI, 43, *Marathussam* Plinius V, 31. *Marathusa* oppidum Cretae. Δρυμοῦσαν καὶ Πήλην Aristides Tom. I, p. 516. Wass. Quae hic Δρίμυσσα, Stephano est Δρυμοῦσσα, Polybio Excerpt. Legation. XXXVI in ed. Plant. Δρυμοῦσα, in Gronov Δρυμουσσα, & Plinio l. d. *Drymusa*. Scripturam per *υ* probant etiam Palmerius in Exercitation. p. 57, Harduinus ad Plinium, & Cellarius III Geogr. Ant. 2, qui in Thucydide e Stephano rescribendum censet Δρυμοῦσσαν. *Pelam* in Livii l. d. non invenio. Memorant eam Plinius V, 31, XXXII, 2, & Stephanus.

ead. l. 13. Φώκαιαν) Vid. Livium XXXVII, 31, & Cantacuzenum 238, 293, 741. Wass.

Pag. 49. *l.* 3. Οἱ ἄλλοι ξύμμαχοι) Cl. οἱ ξύμμαχοι οἱ ἄλλοι. Aliter noſter. Vide Indicem. Wass.

ead. l. 10. Χαλκιδέων) Lege Χαλκιδέως. Nam Chalcideus cum quinque navibus a Lacedaemoniis Chium miſſus fuerat, c. 6, 8, 11 & 12. Chalcidenſes huic expeditioni non interfuerunt, nec Thucydides ante ullam illorum mentionem fecit. Hoc recte obſervavit vir doctiſſimus, qui edit. Hudſonianam cum Cod. Reg. contulit.

Pag. 50. *l.* 1. Ἤν τι σφάλλωνται, κακώσειν) Gr. ἤν τι σφάλλωνται, καὶ κακώσειν. Et tale quid legiſſe videtur Laur. Valla. Wass.

Pag. 51. *l.* 3. Παρ' αὐτῶν) Non dubitem praeferre αὐτὸν, quemadmodum alios hic legiſſe ſcribit Portus, & emendatum erat in Caſſ.

ead. l. 5. Ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῆς Σάμου) Erythraei quidam capti in Samo, ut inde liberarentur, ſimularunt, ſe domum remiſſos civitatem Athenienſibus proditurος. Ea ſpe dimiſſi, cum Erythras veniſſent, ab aliis ea de cauſa tanquam proditores accuſati ſunt. Cognita vero cauſa, quod evadendi ſolum gratia Athenienſibus polliciti fuerint, non autem quidquam de prodenda patria in animum induxerint, ab Aſtyocho ſunt abſoluti. Acac.

ead. l. 10. Κατ' Ἀργῖνον) Ἄργεννον Straboni XIV, 644: Μετὰ δὲ Κώρυκον Ἁλόννησος νησίον· εἶτα τὸ Ἄργεννον, ἄκρα τῆς Ἐρυθραίας, πλησιάζουσα μάλιστα τῷ Χίων Ποσειδίῳ. Stephanus quoque τὸ Ἄργεννον ἀκρωτήριον. Et Ptolemaeus pag. 118, Κλαζομεναὶ, Ἄργεννον ἄκρον.

ead. l. 11. Καὶ ὥσπερ) Haec non recte diſtinguuntur. In Gr. ante haec verba eſt diſtinctio maxima, & omnia ſine diſtinctione leguntur uſque ad καὶ αἱ. Baſil. quoque, μακραῖς. καὶ ὥσπερ, & ἐπεδίωκον, καὶ αἱ.

ead. l. 12. Αὐτὰς) Non agnoſcunt Mſſ. & edd. recte. Wass.

Pag. 52. *l.* 4. Φοινικοῦντα) Steph. legit λίμνην. Numus Domitiani apud Ligorium Φοινικουντίων. Vid. Spanhemium. Wass. Stephanus: ἔστι καὶ Φοινικοῦς λίμνη. Θουκυδίδης ὀγδόῃ. Sed Pinedo & Holſtenius recte legunt λιμήν. Livius XXXVI, 45 apud Pinedo. *Romani Chium petentes* Phoenicuntem *primum* portum Erythraeae terrae *praetervecti.* Add. XXXVII, 16.

ead. l. 12. Ταῖς ἡμισείαις τῶν νεῶν) Vide cap. 8.

ead. l. 15. Ξυλλαμβάνειν) *Succurrere* vertunt Valla & Portus. Hoc non poteſt ferri, niſi ſimul legatur ταῖς ἀπ' Αἰγύπτου ὁλκάσι προσβαλλούσαις, ut etiam annotat Portus. Sed quia hic nulla eſt in libris varietas, a recepta ſcriptura non recedendum, & συλλαμβάνειν cum Acacio potius *capere, comprehendere*, quam *ſuccurrere*, vertendum arbitror. Videntur autem, quod idem Acacius putat, inter Tiſſaphernem & Lacedaemonios tum inimicitiae quaedam exortae per occaſionem controverſiae de ſtipendio.

ibid. Ἔστι δὲ τὸ Τριόπιον) Vide Holſten. ad Steph. Salmaſium ad Solin. & inſcr. Herodis. Spanhem. Notis in Callimachum Hymn. in Del. v. 160, & Hymn. in Cerer. v. 31, Diodor. V, p. 229, Pauſan. Phocid. XI, Ariſtot. Polit. II, 8, Scylacem p. 38, D. Halicarn. Antiq. IV, 25, Plutarch. Cim. 486, Euſebii Chron. CCCCLXIV, Euſtath. in Iliad. δ', 341, & Heſychium. WASS.

Pag. 53. *l.* 6. Ὀλίγου) Sic ἱππεῖς ὀλίγου ἐς χιλίους alibi. vid. Priſcianum p. 1192. Plutarch. Pomp. ὥστε ἅπαξ ΜΙΚΡΟΥ συντριβῆναι. WASS. Ariſtophanes Nubibus v. 720, Ὀλίγου φροῦδος γεγένημαι; Veſp. v. 825, Ὡς ὀλίγου μ' ἀπώλεσας. Lucianus Tim. pag. 79, Καὶ αὐτὸς ὀλίγου δεῖν συνετρίβη. Et ſaepe apud omnes.

Pag. 54. *l.* 5. Ἐνδεεῖς ξυνθῆκαι) *Manca* foedera: haud proprie. *Manca* ſunt, quae defectu propoſitionis cuiuſdam, quam habuerunt antea, laborant. reſcribe *imperfecta*, nondum perfecta. WASS.

ead. l. 14. Τοὺς Λακ.) Τῶν Λακ. Cl. Gr. inepte. WASS.

Pag. 56. *l.* 2. Ἐν κέλητι) Vide ad IV, 9, ibique Scholiaſten, & ad I, 53, Euſtathium in Hom. Od. ε', p. 1539, Thom. Magiſtrum, & Ammonium, apud quem Vulcanius pro πηδάλιόν τι μικρὸν recte emendat πλοιάριόν τι μικρόν.

ead. l. 3. Διαβεβηκότες τὴν Χίον τῇ στρατιᾷ) Ita quidem omnes libri tam ſcripti, quam editi, quos vidi. Sed credo propter ultimam ſyllabam vocis διαβεβηκότες, neglectam eſſe praepoſitionem ἐς, & legendum διαβεβηκότες ἐς τὴν Χίον. Thucydides I, 114, Καὶ ἐς αὐτὴν διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ Ἀθηναίων.

ead. l. 5. Δελφίνιον) Harpocration. pag. 119 χωρίον vocat; mallem φρούριον. Diſtat a Chiorum urbe Mil. 18, inquit Tournefort. nunc *Port Dolphin*. Eſt & Portus Oropi. v. Strab. IX, p. 403, Xenoph. Hiſt. Gr. I, p. 442. WASS. Scholiaſtes Ariſtophanis Equit. v. 759, & Suidas Δελφί-

νιον itidem χωρίον ἐν Χίῳ vocant. Stephanus φρούριον Χίων.

ead. l. 9. Μετὰ τοῦ) Articulus abest Cl. Gr. Utroque modo noster. WASS. Male hic Interpp. *Tydeus Ion*, quasi natio eius indigitaretur, quod supervacuum erat, cum omnes Chii, ex quibus ille, essent Iones. Sed vertendum, *Tydeus Ionis filius*: f. eius Ionis, cuius Suidas v. Ἀθην. meminit, ubi etiam Atticismi eius specimen, f. alterius eiusdem cognominis. HUDS. Quae hic Hudf. scribit, iam ante in mentem venerant Freinshemio ad Curt. III, 13. Ion Chius poëta non incelebris, de quo Suidas in v. Ἀθηναῖος agit, coepit docere tragoediam Ol. 82, ut idem tradit in Ἴων. Itaque aetas quidem non obstat, quo minus huius Tydei pater esse potuerit. Sed fortassis nullum aliud est huius rei argumentum.

Pag. 58. *l.* 3. Ἢ αὐτὰς) Absunt Gr. recte, ni fallor. WASS.

ead. l. 9. Μαλέας) Ita scribunt Historici vett. & Scylax, etiam Euripides Orest. v. 362, Lapis vetus apud Sponium, & Anna Comnena. Getulicus in Epig. Καὶ Μαλέου τυφλαὶ καμπτομένου σπιλάδες. Strabo Μάλεαι passim. Homerus, & qui eum sequuntur, Orpheus, Iulianus in Epig. aliique diphthongum adhibent. Hinc media Latinis communis. Philostratus semel Μαλίαν scripsit. WASS.

Pag. 59. *l.* 1. Καῦνον) Urbs est Cariae. v. Herodot. I, 172, Polybium Exc. pag. 1450, Liv. XLV, 25, Plutarch. Artax. p. 1016. Ab Antigono capta, recuperatur a Ptolemaeo. Diodor. p. 712, 746. Duce Philocle inquit Polyaenus III, 16. Patroclum vocat Hegesander apud Athenaeum XIV, p. 621. Q. Calaber VIII, 79, ὃς ἐνὶ κοίλῃ Καύνῳ — παραὶ ποσὶ Ταρβήλοιο. Romanos foede tractasse bello Mithridatico Caunios, auctor Appianus 185. In Notitia Episc. *Acaleia* dicitur. Vetus nomen obtinuit usque ad Concilium Chalcedonense, hoc est, A. C. 451. hodie, Sophiano auctore, *La Rosa*, vid. Dion. Chrysost. p. 48. WASS.

ead. l. 14. Ἐχρήσαντο) Mendose ἐχώρησαν οἱ π. Cl. Alterum apud Thucydidem perfrequens. WASS.

Pag. 61. *l.* 2. Κῶν τὴν Μεροπίδα) Ita loquitur etiam Strabo XV, p. 686 & 790, & Antoninus Liberalis cap. 15, Callimachus Del. 160, Aristides, alii. In numis habemus ΚΩΩΣ & ΚΩΙΩΝ. Merops terrae filius Steph. Huc pertinet Epigr. ineditum Meleagri, Ἦν που ἐπ' ἠιόνων ΚΩΑΝ κατὰ νᾶσον ἴδητε Φάνιον, ἐς χαροπὸν δερκομέναν πέλαγος &c. Diodor. simpliciter τὴν Κῶν. Sic Anna Comnena pag. 335, Herodotum & Polybium secuta. vid. Ptolem. III,

15, Concil. Chalced. Part. III, Scylacem p. 38, Spanhemium ad Callimachum l. d. Wass. Adde Casaubonum ad Strabon. p. 686, & Holstenium ad Stephanum.

ead. l. 6. Τὴν χώραν καταδρομαῖς λείαν ἐποιεῖτο) Henr. Stephanus inter alia loca scriptorum veterum, qui phrasi λείαν ποιεῖσθαι accusativum rei apposuerunt, etiam haec verba Thucydidis affert. Verum alii hoc dicunt de rebus, quae rapi & auferri possunt, ut σώματα, σκεύη, & alia, de quibus λεία usurpari solet, λείαν ποιεῖσθαι; quod etiam ἁρπαγὴν ποιεῖσθαι dicit Thucydides infra c. 62: Καὶ σκεύη μὲν καὶ ἀνδράποδα ἁρπαγὴν ποιησάμενος. Hoc autem ad regionem transferri, admodum durum & insolens videtur. Si τῆς χώρας, vel καταδραμὼν legeretur, ut alibi apud Thucydidem & omnes alios, καταδραμεῖν τὴν χώραν, locum intelligerem, in quo nunc haereo. Sed tamen mihi persuadeo, alterum horum a Thucydide profectum, & errorem e compendiis scribendi, quibus ultimae syllabae, ην, αν, ης, ας, ων, & αις in Mss. exprimuntur, ortum esse.

Pag. 62. *l.* 1. Σύμην) De hac vide Herodotum I, 174, Strabonem, Ptolemaeum, Athenaeum, Aristidem Tom. II, pag. 358. Est & Σύμης ὄρος apud Araxem, Orpheus v. 746. Χάλκην Rhodiorum insulam vocat Theophrastus VIII H. Plant. 3. Wass. Apud Theophrastum est Χαλκία. Et sic etiam apud alios. Vide Cellarium.

ibid. Χάλκην) Nomen huius insulae varie ab auctoribus exprimitur. Plinius in uno loco *Chalcen*, in altero *Chalciam* scripsit, Scylax Χαλκείαν, Theophrastus cum Strabone Χαλκίαν, Mela denique cum corruptis codicibus *Chalcidem*. Palmerius ad Graec. Auct. p. 347, 348. Huds.

ead. l. 6. Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ) Ita Cl. & Gr. quod frequentius est. Wass. Hudsonus in Appendice Variar. Lect. annotaverat, ita esse in Cl. & Gr. Non animadverterat scilicet in sua editione vitio operarum omissum esse articulum τοῦ, quem omnes libri scripti & editi, quos vidi, habent. Nec potest ille deesse, nisi simul pro ἐκ legatur ἐξ.

Pag. 63. *l.* 5. Τεύγλουσσαν) Quidam Mss. Τεύγλουσαν. cum editis Cl. Gr. At Stephanus Τεύτλουσσα. τὸ ἐθνικὸν Τευτλουσσαῖος, ἢ Τευτλούσσιοι. Plinio est Seutlusa. Ἐν Σεύθλῳ Anna Comnena. Wass. Harduinus ad Plin. V Hist. Nat. ult. putat, in exemplaribus Thucydidis mendose legi Τεύγλουσσαν, pro Τεύτλουσσαν.

ead. l. 6. Ἁλικαρνασσὸν) Ita Mss. Herodotus I, 144,

Ἀλικαρνησὸν. Numus Lepidi σ geminat, & quandoque Herodotus, etiam in exemplari Medicaeo. Neque diffidet Mſ. Barocc. Wass.

Pag. 64. *l.* 1. Δορύμοις) Λώρυμα etiam Ptolemaeus. In Notit. Epiſc. memoratur Epiſcopus ὁ Λαρύμων pag. 15. in alia Not. ὁ Ὑλαρίμων p. 41. alibi oppidum Ὑλάραμα mendoſe ubique. In Concil. Conſtantinop. Gen. A. Chr. 680 ſubſcripſit Epiſcopus Lorymorum. Λάρυμα ſcribit Conſtantin. Porphyrog. Locus tantum, aut παραλία τραχεῖα erat Strabonis & Plinii tempore. Λωρυμνὸν exponit Heſychius βαθύτατα. Wass. Λορύμοις per ο ab Henr. Stephano ortum eſt, fortaſſis quod ita in ſuo vet. exemplari invenerat. Sic quoque videtur eſſe in Cod. Clar. e quo nihil annotat Hudſonus. Sed rectius alii Λωρύμοις per ω.

ead. l. 10. Οὔτε) Cl. οὐδὲ τὰς Χαλκιδέως, οὐδὲ τὰς Θηρ. quomodo legendum videtur. Wass.

ead. l. 11. Χώρας ὅσης) Scribas Codd. qui habent χώρας ὅσης ἧς, duas variantes lectiones coniunxiſſe e Cl. & Caſſ. intelligi poteſt. Supra cap. 18, Ὁπόσην χώραν καὶ πόλεις βασιλεὺς ἔχει, καὶ οἱ πατέρες οἱ βασιλέως εἶχον.

Pag. 66. *l.* 1. Ἀτειχίστου οὔσης τῆς πόλεως) Vide Meurſii Rhodum Lib. I, cap. 9.

ead. l. 2. Ἐκ τῶν δυοῖν πόλεοιν) Quatuor Mſſ. ἐκ τοῖν. Sic V, 29, Ἀμφοῖν τοῖν πόλεοιν.

ead. l. 3. Ἰηλυσσοῦ) Homerus, quem ſequitur Herodotus, Ἰηλυσσὸν exhibet. Conon vero Narrat. XLVII Ἰήλυσον. Ptolemaeus Ἰηλυσσὸς, in Mſ. Coislin. Ἰλισὸς, unde corrigendum Ἰηλυσός. Hodierna Stephani exemplaria corrupte Ἰάλυσσος, & illa ex Euſtathiano Codice emendanda. Nam ſibilum in hac forma nequaquam geminant Pindarus, Scylax, Strabo, Diodorus, Timocreon Rhodius auctor Thucydidi aetate ſuppar, Plutarchus, Cicero, Plin. aut Gellius. Apud Plinium quidem lib. XXX, cap. x, § 20, *Galyzum* dedit Harduinus libris ſuis nimis obſecutus. Librarii fortaſſe invenere *Ialyſſum*. At ipſe Plinius alibi recte ſcribit, & ſic etiam, qui eandem hiſtoriam memorant, Strabo, Gellius, etiam Mſ. Gellii Pembr. Aelianus, Plutarchus. Neque aliter tribus in locis Cicero. Schol. Theocriti Εἰδ. ιζ', v. 69, Ἄλυσος pro Ἰάλυσος, ut ad Cic. N. D. monuit Ioannes Daviſius. Eſt & aliud non levius eo in loco mendum; nam pro Ἀβάντος omnino reponendum, ἀπὸ Τριόπου τοῦ Φορβάντος. Ita, ſi recte memini, Diodorus, &

Hyginus. Pindari item Scholiasta bis Ἰηλυσὸν quasi a poëta repraesentat Olymp. ζ', 137. At modulus in recepta Pindari lectione aeque convenit, dialecto unice. Itaque rectius scholia recentiorum Ἰαλυσὸν scribunt. Suidas denique cum Hesychio & Phavorino Ἰάλυμος χώρα: vel Ἰάλεμος χρόα, inepte. In omnibus hisce legerim Ἰαλυσὸς χώρα. Kusterus hic aliud agit. Diodorus ἐν Ἰαλυσίᾳ, Athenaeus ἐν τῷ Ἰαλυσῷ, pro circumiecta regione. Hesychius Ἰαλύσια, τὰ ἐν Ἰαλύσῳ νομίσματα. Urbs haec totius insulae vetustissima erat, hodie, inquit Niger, *Uxilica*. Recte ergo hoc apposito Telchinas ornavit Ovidius Met. VII. Conf. Meursium & Thevenotium. WASS.

Pag. 67. *l.* 14. Τριώβολον τοῖς &c.) Paralorum stipendium erat, oboli quatuor in singulos dies, ut docet Harpocrat. ceteri vero milites navales tres tantum habebant, ut constat ex hoc loco. At qui terra militabant, iis idem stipendium, quod τοῖς παράλοις, i. e. oboli IV. Extra vero ordinem factum bello Pelopon. ut militibus praesidiariis drachma una, & altera ipsorum calonibus penderetur. Equites drachmas in mensem triginta accipiebant, i. e. unam in dies singulos. Vide Meursii Attic. Lect. l. 2, c. 7, 8. HUDS. De stipendio classiariorum adde Spanhemium Dissert. V de Usu & Praestant. Numism. p. 249, Schefferum IV de Milit. Nav. 1, & Kuhnium ad Pollucem I, 121.

Pag. 68. *l.* 3. Τὰς ναῦς ἀπολιπόντες) De Stephani & Porti interpretationibus ac supplementis quisque sentiat, ut lubet. Mihi locus videtur esse mutilus. Scriptura Cod. Clar. τὰς ναῦς ἀπολείπωσιν, imperfectum relinquit sensum verborum sequentium, ἐς ὁμηρείαν τὸν προσοφειλόμενον μισθόν.

ead. l. 9. Ἀπήλασεν) Hoc Stephanus ideo mutandum putat, quia *omnino videtur opus esse verbo praet. imperf.* Et certe omnia alia eo tempore posita sunt. Post ξυμμαχικοῦ edd. recentiores perperam habent distinctionem minimam, quae in Basil. est maxima, & in Gr. media.

ead. l. 14. Πρότερον ἀποστῆναι) Quaero loca aliorum scriptorum, qui πρότερον pro πρότερον ἢ dixerint. Quamdiu ea non suppetent, potius credam, hic excidisse ἢ post πρότερον, quod propter figuram literarum Ν & Η non multum dissimilem facile fieri potuit. Thucydides VI, 58, Πρότερον ἢ αἰσθέσθαι αὐτούς. Adde VIII, 24, & ad VII, 63.

Pag. 69. *l.* 5. Ἐντελῆ αὐτοῖς ἀποδώσειν τὸν μισθὸν) Drachmam Atticam, non triobolum. supra cap. 29. Aristophan.

Equit. verf. 1364. Vide Kuhnium ad Pollucem I, 121.

ead. l. 9. Μελλήσει πλείοσι μισθὸν πορίζοντα) Horum verborum sententiam non assequor. Subesse iis aliquid vitii, varietas librorum MSS. & edd. satis indicat: quod quomodo deprehendi possit, indagabunt sollertiores. Sed de detrahenda Peloponnesiis parte stipendii agi ex iis apparet, quae in fine huius capitis dicit Thucydides, Tissaphernem Peloponnesiis maligne stipendium suppeditasse, nec properasse arcessere classem Phoenicum. DUKER. Ὥσπερ παρεσκ. μελλήσει coniungit Heilm. posito inciso post μελλήσει.

ead. l. 12. Ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς λυπηροὺς τοὺς ἑτέρους ἐπάγειν) Duo MSS. αὐτοῦ λυπηρούς. Fortassis αὐτῷ λυπηρούς; ut VI, 18, τοῖς ἐκεῖ ἐχθροῖς ἡμῶν λυπηροὶ ὄντες. DUKER. Idem placebat Heilmano.

Pag. 70. *l.* 5. Κατατρίψαι) Marg. Camer. καταστρέψαι. inepte. WASS.

Pag. 71. *l.* 9. Ἐκ τοῦ περιόντος ἀγωνιεῖσθαι) Portus vertit, *ex abundanti certaturas*, quasi hoc ad naves Phoenicum pertineret, cum de Peloponnesiis dicatur; de quibus etiam Valla, Stephanus, & Acacius recte acceperunt. Stephanus non male sententiam ita expressit: *instructos ex abundanti fore navibus ad certandum.* id est, pluribus, quam opus esset ad dimicandum & superandos hostes. Eadem significatione ἀπὸ περιουσίας videtur dicere Thucydides V, 103, Τοὺς ἀπὸ περιουσίας χρωμένους αὐτῇ, nempe τῇ ἐλπίδι. Et ἐκ περιουσίας Lucianus Reviviscentib. p. 394: Τοσοῦτον ὑπερφέρω τοῖς δικαίοις, καὶ ἐκ περιουσίας ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνω.

ead. l. 12. Ἢ ὥστε λανθάνειν οὐ προθύμως) Valla ea, quae deesse putabat, ita supplevit, quam ut occultaret, se non libenter *illis sociis gerere bellum.* Portus, quam ut se occultare posset ita, quin *alacriter, & sciens, prudensque, magnoque studio Peloponnesiis adversari, & quavis ratione illos oppugnare videretur:* quorum maximam partem recidit Wasse. Si omnino necessarium est hic ellipsin aliquot verborum statuere, non minus recte suppleri posset, οὐ προθύμως περὶ αὐτοὺς ἔχων, *se iis nequaquam amicum, minime eorum studiosum esse.* Pollux III, 16, εὔνως ἔχων πρὸς τὴν πόλιν, προθύμως περὶ τὴν πόλιν. Sed potius putem legendum οὐ πρόθυμος ὤν, vel οὐ πρόθυμος, si quis existimabit, in eo ita suppleri posse participium ὤν, ut in iis, ubi id deesse putat Stephanus in Append. ad Script. al. de Dialect. p. 164.

Pag. 72. *l.* 1. Τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον) Posituram invertit Suidas in ἐπιθεραπεύων: ἐπιθεραπεύων τὴν ἑαυτοῦ κάθοδον εἰς τὴν πατρίδα. & exponit διορθούμενος, προμηθούμενος. Wass.

ead. l. 7. Τὰ μὲν καὶ Ἀλκιβιάδου) Satis intricata est structura huius periodi. Stephanus huc e fine revocat nominativos, & post στρατιῶται ita ordinat verba, οἱ ἐν τῇ Σάμῳ τριήραρχοί τε τῶν Ἀθηναίων, καὶ δυνατώτατοι, τὰ μὲν — τὸ δὲ πλέον καὶ ἀπὸ σφῶν αὐτῶν ὥρμηντο ἐς τὸ καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν, *trierarchi — tum quod Alcibiades mandata dedisset* &c. *tum etiam magis sua sponte inclinaverunt* &c.

Pag. 73. *l.* 9. Τῶν πολιτῶν) Cl. τῶν πολιτῶν καὶ ἐνόμιζον τὰ πράγματα. Sed ex interprete. Wass.

Pag. 74. *l.* 13. Περιοπτέον) Περισκεπτέον in Codd. Ar. & Gr. est glossema, quod expulsa vera scriptura in contextum venit. Περιοπτέον habet etiam Thomas Magister in περιορῶ.

ead. l. 14. Μὴ στασιάσωσι τῷ βασιλεῖ) Non caret ratione distinctio huius loci, quam Valla, Acacius, atque etiam Portus probarunt. Nam hoc ostendere vult Phrynichus, ipsis praecipue cavendum esse, ne inter se discordes sint, & spem de societate & auxilio regis ab Alcibiade factam, ob causam, quam addit, plane incertam & fallacem esse. In Gr. hic nulla est distinctio, nisi post εἶναι. In Cass. corrector recens minimam posuerat post στασιάσωσι, post βασιλεῖ nulla erat. Tamen ne sic quidem bene fluit oratio, & ἀσύνδετος est. Fortassis copula καὶ, quam quidam Mss. ante οὐκ εὔπορον habent, loco mota est, & post στασιάσωσι debuerat poni.

ead. l. 15. Λέγων) Hoc recte abest a Cl. Gr. & aliis. Wass.

Pag. 75. *l.* 4. Κακὸν οὐδὲν) Cl. κακὸν ἢ δεινόν. ex interpretatione, ut videtur. Wass.

Pag. 76. *l.* 3. Καὶ τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνοις εἶναι) Vid. ad IV, 28.

ibid. Καὶ ἄκριτοι ἂν καὶ βιαιότερον ἀποθνήσκειν) Corinthus omittit ἂν, &, praeterquam in ed. Stephani, pro βιαιότερον habet βιαιότεροι, & pro ἀποθνήσκειν, ἀποθνήσκοιεν. Vulgata scriptura non indiget mutatione.

Pag. 77. *l.* 7. Πέμπει ὡς τὸν Ἀστύοχον) Ad locum Suidae apud Hudsonum adde omnino Polyaenum III, 6, Proverb. Vatic. Append. IV, 1, & Plut. Alcib. p. 205. Wass.

Pag. 78. *l.* 3. Καὶ γίγνεται αὐτοῖς μηνυτὴς) Non valde grata est repetitio τοῦ αὐτοῖς. Si per Mss. liceret, mallem αὐτός.

Pag. 79. *l.* 8. Προφθάσας) Conf. Polyaenum III, 6. Wass.

ibid. Ἐξάγγελος) Ammon. ἄγγελος. ἦσαν γὰρ τινες τῷ Νικίᾳ διάγγελοι, pro ἐξάγγελοι. Hesych. ἐξάγγελος, ὁ τὰ ἔσω γεγονότα τοῖς ἔξω ἀγγέλλων. Apud Sophoclem Trachin. valet *index*. Apud Demosth. ἐξαγγέλλειν τὰ ἀπόῤῥητα Philipp. I. Cyrillus in Esaiae LV, p. 776, Mosen ait fuisse ἐξαγγελέα τῆς δινεκοῦς λατρείας. Pro *confessione sacramentali*, in Canone Poenit. I. Chrysostomi. v. Iustinum Dial. cum Tryph. p. 267 ed. Commelin. & Philostratum de Vitis Soph. I, § 2. Wass. Add. ad VII, 73.

ead. l. 10. Καὶ ἅμα) Cod. Ar. ἅμα καί. recte. Wass.

Pag. 80. *l.* 9. Ταῦτα) Ταυτὰ legit Heilm.

ead. l. 14. Πεισθῆναι) Ita etiam legit Scholiastes. Sed non intelligo, quis sit sensus in illius interpretatione, Tissaphernem metuisse quidem potentiam Peloponnesiorum, sed tamen cupivisse sibi ab Alcibiade persuaderi, ut illis desertis Athenienses socios ascisceret. Nam ex iis, quae deinde cap. 56 & 57 dicuntur, apparet, Tissaphernem, etsi ei suspectae erant vires Peloponnesiorum, tamen eos minime voluisse a se alienare, & cupivisse efficere, ut sibi fidem haberent, se eorum amicitiam societati Atheniensium praeferre. Et repugnat expositioni Scholiastae particula ὅμως, quae indicat, eum non consultum rebus suis putasse a Peloponnesiorum societate recedere. Melior, ut mihi videtur, est sententia in scriptura plerorumque MSS. & omnium edd. ante Stephanum, πιστευθῆναι, quam etiam interpretes Latini secuti sunt. In qua suppleo ὑπ' αὐτῶν, nempe τῶν Πελοποννησίων, ut apud Plutarchum in Apophthegm. p. 330 πιστευθεὶς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων; vel πρὸς αὐτῶν, quemadmodum Herodian. II, 10, πρὸς τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν, οὓς ἐψεύσατο, οὐκ ἔτι πιστεύεται. Nam Porti interpretationem in Commentar. ad hunc locum, *cupientem sibi haberi fidem apud regem*, non magnopere probare possum.

Pag. 81. *l.* 3. Ἐν τῇ) Si in ullo libro scripto, aut edito ante secund. ed. Stephani, ita legeretur, fortassis aliquantum valeret, quod dicit Portus, τῇ pro ᾗ poëtice poni posse. Nunc ea ratione frustra defenditur, quod primum apud Stephanum natum est; qui utrum ita e MSS. an e coniectura aliqua ediderit, non constat. E verbis ἐν τῇ Ῥόδῳ ὄντων αὐτῶν me non expedio. Ipse Thucydides paulo ante dixit ἐν τῇ Κνίδῳ, & cap. 43, de ea re inter Lacedaemonios, cum Cnidi essent, actum, ibique Lichae sermonem,

quem hic repetit, habitum esse, pluribus exponit. Deinde Peloponnesios Cnido in Rhodum venisse narrat cap. 44. nec tamen quidquam addit, unde intelligi possit, eadem ibi, quae ante Cnidi, fuisse dicta. Si hoc voluit dicere, Lacedaemonios, Rhodiis ab imperio Atheniensium liberandis, re ipsa ostendisse verum esse, quod Tissapherni dixerat Alcibiades, satis obscure loquitur.

ibid. Τὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου λόγον) Cap. 45 & 46. Ut vertit Valla, sibi hanc lectionem finxisse videtur, (cum altera se expedire non posset) τῷ τοῦ Ἀλκιβ. λόγῳ πρ. εἰρημένῳ π. τ. ἐ. deinde ἐπῆλθεν pro ἐπηλήθευσεν. Sed non dubium, quin vera sit vulgata lectio, & sit ἐπηλήθευσε quod paulo ante dixerat ξυνεμαρτύρησε. STEPH. Recte. Similis est locus IV, 85 in princip. ubi vide Scholiasten.

ead. l. 6. Οὐ φάσκων) Οὐ φάναι Graecis esse, quod Latinis *negare*, multis, etiam prolato hoc loco, ostendit Heraldus ad Iamblichi Vitam Pythag. c. VI. Apud Thucydidem hoc frequens est. Vid. IV, 122, V, 39 & 55, VII, 5, & VIII, 27. Cap. seq. ὁπότε δὲ μὴ φαίησαν ἐρωτώμενοι.

ead. l. 9. Τῷ Τισσαφέρνει) Non mala est lectio Cod. Cass. τὸν Τισσαφέρνην. Nam προσκεῖσθαι hac significatione non addito casu etiam VII, 18 & 78, dicit Thucydides.

ead. l. 14. Μάλιστα δὲ — περιγενέσθαι) Corinthus, qui τὸν Ἀλκιβ. & καταγαγοῦσι cum Marg. pro quo Cl. καταγάγουσι. idem Πελ. δὲ περιγίνεσθαι. δὲ, inquit, pro δή; quomodo Scholiastes. WASS. Vid. Stephanum ad Corinthum Artic. 33, & Append. ad al. Scripta de Dial. p. 188.

Pag. 82. *l.* 1. Κατάγουσι) Corrige sodes καταγάγουσι. ita enim Cl. Marg. Cass. ut προεξαγαγὼν VII, 6. ἐγεγένετο VII, 18: προσαγαγόμενος VIII, 17. ξυναγαγόντας VIII, 27. ἀπαγαγεῖν VIII, 28. ξυναγαγόντες VIII, 30. ἀνταναγαγόντες VIII, 83. ἐπεγεγένετο VIII, 96. WASS. Vid. ad cap. 61.

ead. l. 6. Κηρύκων) De his etiam nonnulla habet Meursius in libro de Regib. Athen. c. 11; & se de Ceryce, auctore familiae Cerycum, accurate egisse dicit in Syntagmate de Familiis Atticis; quod adhuc in lucem prodiisse non scio.

ead. l. 7. Μαρτυρουμένων) Hoc omnes de testimonio ab his in Alcibiadem dicto accipiunt. Sed quia addit ἐπιθειαζόντων, dubito an praeferendum sit, quod habent Codd. Reg. & Cass. μαρτυρομένων, ut saepe apud Aristophanem & alios μαρτύρομαι, & μαρτύρομαι θεούς. Thucydides VI, 80, δεό-

μεθα δὲ καὶ μαρτυρόμεθα ἅμα. *Testari*, & *Deos hominesque testari*, dicunt Latini.

Pag. 83. *l.* 3. Ὑμῖν γενέσθαι) In margine edit. Porti scripta est illius coniectura ὑμῖν γενέσθαι. Non dubito, quin scripserit ἡμῖν, quod & confirmat Cl. & postulat sententia, ut scil. in eadem persona maneat oratio. Idem etiam visum fuit Acacio, qui vertit *nobis*. Sic paucis interiectis ὕστερον γὰρ ἐξέσται ἡμῖν.

ead. l. 7. Μεταθέσθαι) Cl. μεταπείθεσθαι. male. WASS. Thucydides V, 18 in fin. εὔορκον εἶναι ἀμφοτέροις ταύτῃ μεταθεῖναι, ὅπη ἂν δοκῇ ἀμφοτέροις. Mox pro κατάξομεν non improbem, quod volebat Portus, κατάξωμεν. Quod deinde in quibusdam Mss. & edd. est χαλεπῶς ἐφέρετο περὶ, non puto admitti posse. Χαλεπῶς, δεινῶς, βαρέως φέρειν hac significatione dicunt omnes. Thucydides VI, 56, χαλεπῶς δὲ ἐνεγκόντος τοῦ Ἁρμοδίου. Aliud est φέρεσθαι cum adverbiis, ut εὖ, καλῶς, κακῶς φέρεσθαι· quae de prospera, vel adversa fortuna dicuntur. Vid. Thucyd. II, 60, & V, 15, 16.

ead. l. 13. Ἐλπίζων ὡς καὶ μεταβαλεῖται) Cass. ἐπελπίζων. Hoc non facile defendi potest, nisi quis putet, ἐπελπίζων ὡς καὶ μεταβαλεῖται idem esse, ac ἐπελπίζων τῇ μεταβολῇ, quod ita dici posset, ut illud, quod ex Heliodoro ad Luciani Dial. I mort. annotavit Hemsterhusius, εὐμενείᾳ τῇ παρὰ τῶν κρειττόνων ἐπελπίζειν. Sed vix credo hic ita posse accipi, & praefero consensum aliorum librorum.

Pag. 84. *l.* 6. Ἐπιτήδειον) Cf. Aristot. Pol. 139, 26. WASS.

Pag. 85. *l.* 2. Ἀφιγμένοι) Cl. ἐπελθόντες ἀρχηγοὶ ἤδη, mutatione minus necessaria. WASS.

ead. l. 5. Βοηθήσαντας) Cl. & alii melius προσβοηθήσαντας. Vid. Indicem. WASS.

ead. l. 6. Χάλκην) Vid. cap. 41 & 60. Codd. male Χάλκην servant. haec insula Straboni Χαλκία. Plinio V, 31, *Chalce*; sed Lib. IV, 12, *Chalcia*, quomodo & Mela II, 7. Hodie teste Nigro *Charci*. WASS.

ead. l. 7. Εὐφυλακτοτέρα) Portus supplet ἡ Ῥόδος. Stephanus in Thes. legit εὐφυλακτότερα, *commodius inde observabatur*. Ita etiam quidam Mss. Nec aliter acceperunt Scholiastes, Valla & Acacius. Idque melius esse arbitror. Εὐφυλακτότερα pro εὐφυλακτότερον, ut ἀδύνατα pro ἀδύνατον, & alia neutra pluralia pro singularibus ex more Thucydidis. Vide Suidam in ἀδύνατα.

ead. l. 11. Εἰ μὴ βοηθήσουσι) Cl. εἰ μὴ τάχιστα βοηθήσουσι. recte. WASS.

ead. l. 13. Διενοοῦντο βοηθήσειν) Pro βοηθεῖν, vel βοηθῆσαι: futurum pro praesenti, vel aoristo. Sic cap. 74, Διανοοῦνται — τούτων πάντων τοὺς προσήκοντας λαβόντες εἵρξειν, ubi εἵρξειν pro εἶρξαι positum esse annotat Scholiastes. Stephanus Append. ad al. Scripta de Dial. p. 145.

Pag. 86. *l.* 2. Αἱρεῖταί τι αὐτοῦ) Non dubito praeferre scripturam plerorumque MSS. αἱρεῖ τέ τι αὐτοῦ. Ita suadet sequens copula καὶ, & quod αἱρεῖν πόλιν, ναῦν, & alia Graecis sunt usitatissima; non αἱρεῖσθαι. Paulo post Stephanus & Hudsonus recte probant φοβουμένου & βουλομένου. Et sic omnes interpretes.

Pag. 87. *l.* 7. Τοὺς Ἀθηναίους) Hoc ideo magis probandum videtur, quod, si legatur προσχωρῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις, tamen τοὺς Ἀθηναίους supplendum est. Προσχωρεῖν autem a Thucydide saepe sine casu ponitur. Vid. III, 88, 90, 93, 102; & V, 17. Paulo post c. 62.

ead. l. 13. Καὶ ἄλλα) Τἄλλα etiam Cl. Vide cap. 64. WASS.

Pag. 88. *l.* 4. Ὅσαις) Gr. ὁπόσαις. has voces quandoque geminant. Homerus Odyss. ξ', v. 47, ὁππόθεν ἐσσὶ, καὶ ὁππόσα κήδε' ἀνέτλης. Xenoph. Cyrop. οὐχ ὅσους σὺ ἔπεισας, ἀλλ' ὁπόσους ἐγὼ πλείστους ἐδυνάμην. vid. Indicem. WASS.

ibid. Ἐνταῦθα δὴ οὐκέτι) Scil. ἀντεῖχον, vel ὑπέμειναν. HEILM.

ead. l. 11. Ἐκπεπολεμῆσθαι) Ἐκπολεμῶσαι hoc sensu apud nostrum passim, & Demosthenem in Philip. & per η aliquando scribi narrat Harpocrat. priore forma exstat apud Halic. Dionysium. atque sic Hesychius. Adi Pollucem I, 154. Plutarch. in Pericle ἐκπολεμωμένοι πρὸς αὐτοὺς, *facti ipsis hostes*. WASS. *A bello cessare* vertit Heilm. quem vid.

ead. l. 12. Ἦν ἀπορῶσι πολλαῖς ναυσὶ τῆς τροφῆς) Idem genus loquendi est IV, 6: Τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος ἐσπάνιζον τροφῆς τοῖς πολλοῖς. Vide ad III, 98.

Pag. 89. *l.* 6. Τρὶς τάσδε) Cl. τρίτας τάσδε. Q. an non τρισσὰς, vel τρισσὸν *tertio?* WASS.

Pag. 90. *l.* 16. Τὸν πόλεμον πολεμούντων) Τὸν πόλεμον ποιούντων Gr. mendose. Noster infra c. 67, ἀρχὴν ἄρχειν. Sic Attici passim. WASS. Cap. 18, Καὶ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ἀθηναίους κοινῇ πολεμούντων. Adde ad I, 112.

Pag. 91. *l.* 1. Πρὸς Ἀθηναίους) Τοῖς Ἀθηναίοις Marg. & Scholiastes. haud ineleganter. WASS. Thucydides V, 47, Καταλύειν δὲ μὴ ἐξεῖναι τὸν πόλεμον πρὸς ταύτην τὴν πόλιν μηδεμιᾷ τῶν πόλεων. Καταλύειν sine casu nominis est etiam V, 17 & 23. Varietatem scripturae non annotat Schol. Cass.

ead. l. 13. Ἔχοντες — Ῥόδον) Stephanus in Ὠρωπὸς, ubi omittit ἤδη contra Mss. Noster alibi semper ἀρσενικῶς, & sic Gr. Cl. Pausan. VII θηλυκῶς. gentile apud Plutarch. Catone pag. 349 Ὠρώπιος, & Diodor. XIV, 404. Vid. Demosth. Or. de Megalop: 84, & Dicaearchum p. 11. WASS. Εἰς τὴν Ῥόδον Stephanus.

Pag. 92. *l.* 14. Ἄβυδον) Condita urbs secundum Thucyd. Steph. Athenaeum a Milesiis, iuxta Strabonem a Cyzicenis, ab Aeolibus iuxta Marcianum Heracleotam. Gentile Ἀβυδηνὸς Aristot. Oeconom. 251. & Hermippus in militibus. Fortunam eius variam petas a Polybio XVI, Livio XXXI, 17, Archilocho & Callino apud Athenaeum p. 524, Appiano p. 99, 101, Xenophonte p. 535, Polyaeno II, 24. Quomodo eam oppugnabat Phocas, narrat inter alios Cedrenus p. 699. WASS.

Pag. 93. *l.* 4. Ἀντισθένει) Quidam libri ἀντὶ στρατηγοῦ. Sed Ἀντισθένει retinendum suadet Xenophon Hist. Gr. p. 487 a. WASS. Et magis etiam ea, quae scribit Thucydides supra c. 29.

ead. l. 8. Ἀναιῖτις) Perperam Gr. & vett. edd. Ἀναιίτης: nam hoc est gentile masculinum. Berkelius in Stephano v. Ἀναία, post verba καὶ θηλυκῶς non male coniicit excidisse femininum, sed potius supplere debebat Ἀναιῖτις, quam Ἀναιῖτίς.

ead. l. 12. Ἀναγομένων) Cass. ἀναγαγομένων. sic c. 53. Hoc ἀττικώτερον, nec tamen perpetuum est. Cap. 63, ἀντανήγοντο.

Pag. 95. *l.* 15. Τά τε ἐν αὐτῷ τῷ στρατεύματι ἔτι βεβαιότερον κατέλαβον) Valla vertit, *ad suum magis arbitrium transtulerunt:* Stephanus, cuius interpretationem verbis nonnihil mutatis etiam Acacius expressit, *res in exercitu firmiores*, vel *firmius stabilitas offendit.* Mihi Thucydides, si hoc voluisset dicere, potius videtur scripturus fuisse βεβαιότερα, vel βεβαιότερον ἔχοντα. Itaque Portum melius percepisse sententiam arbitror, & Thucydidem hoc velle, Pisandrum & ceteros legatos Atheniensium a Tissapherne Sa-

mum reversos factionem apud exercitum confirmasse, & conspiratos arctioribus quibusdam vinculis inter se adstrinxisse. Nam *καταλαμβάνειν* etiam est *adstringere*, *obligare*, ut in iis, quae e Thucydide I, 9, & IV, 86 profert Stephanus in Thes. *ὅρκοις καταλαμβάνειν*, & e Plutarcho, *καταλαβόντες ἱμᾶσι*, quod est in Vita Numae p. 122 ed. Steph. Sic Herodotus IX, 121, *Πίστι τε καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι*. & Lucianus in Prometheo, p. 174, *Δὸς καὶ τὴν ἑτέραν, κατειλήφθω καὶ μάλα καὶ αὐτή*. Et Thucydides V, 21, *Ἐπειδὴ εὗρε κατειλημμένας τὰς σπονδὰς*, id est, *ἰσχυρὰς*, ut Scholiastes.

Pag. 96. *l.* 1. *Καὶ αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατοὺς*) Cap. 21 narrat, plebem Samiorum in principes consurrexisse, & his partim occisis, partim pulsis, rempublicam tenuisse. Deinde cap. 73, cum Pisander Samum venisset, trecentos e factione populi, a Pisandro & Atheniensibus, qui illius sectam sequebantur, inductos rempublicam ad paucorum imperium transferre voluisse Inde hic locus exponendus, & simul, ne oratio pendeat, post *ὀλιγαρχῶνται* pro distinctione maxima minor ponenda est.

ead. l. 14. *Ἡμίσεας*) Ita hic & paulo post restituimus. Vid. Var. Lect. Hudsoni. ante *ἡμίσεις*: sed illud Atticorum, neque aliter in suo codice exstitisse ait Thom. Magister. v. Nostrum IV, 16. Demosthenes, Aristot. Plato, Xenophon, eadem forma locuti sunt. WASS. Thomas dicit, hoc nomen in accusativo plurali tam masc. quam fem. gen. utraque forma efferri, & ex hoc loco affert *τῶν πρέσβεων τοὺς ἡμίσεις*, e cap. 8 *τὰς ἡμίσεας τῶν νεῶν*. Addit tamen, *κάλλιον δὲ τὸ ἀσυναίρετον*. Sed rursus Thucydides IV, 42, *τοὺς ἡμίσεις αὐτῶν*.

Pag. 97. *l.* 2. *Προσίσχωσιν*) Non est causa, cur ab hac lectione, quam omnes fere MSS. exhibent, recedatur. Thucydides IV, 30, *Διὰ τὴν στενοχωρίαν τοῖς ἐσχάτοις τῆς νήσου προσίσχοντας*. Et sic etiam alii.

ead. l. 6. *Θάσον*) Cass. *Θάσσον*. Sic etiam Stephanus, Plinius & Polybius, ut annotat Cellarius. Sed Holstenius ad Stephanum auctoritate numorum veterum ubique *Θάσος* legendum contendit.

ead. l. 11. *Καὶ γὰρ καὶ — Πελοποννησίοις*) Th. Mag. in *φυγή*. Cl. *ἐσημέραι* supra: atque ita legit Th. Magister; sed nec alteram scripturam improbat. WASS. Thomas ita: *ὅσαι ἡμέραι, καὶ ὁσημέραι λέγε. ὅσαι δὲ ὧραι μόνον*.

Pag. 98. *l.* 4. Τἀναντία τοῖς &c.) Sic vertit Steph. *contra votum eorum, qui oligarchiam Atheniensium constituebant* &c. atque genitivum τῶν Ἀθηναίων se ideo iunxisse cum accus. ὀλιγαρχίαν, quod paulo ante dixerit Thucydid. τῶν Ἀθηναίων ἀριστοκρατίας. alioqui potest etiam esse genitivus partitionis, ut dicatur τοῖς τῶν Ἀθηναίων. HUDS.

ead. l. 6. Σωφροσύνην — προτιμήσαντες) D. Hal. p. 135. ubi τῆς ἀπὸ τῶν Α. ὑπούλου εὐνομίας, minus recte: αὐτονομίαν quomodo alibi noster. Demosth. Philip. I, αὐτονομούμενα καὶ ἐλεύθερα. Noster VIII, 91, ναῦς καὶ τὰ τείχη ἔχοντες ΑΥΤΟΝΟΜΕΙΣΘΑΙ. Habes illud alterum apud Isocr. & Aristotelem, & huic etiam loco melius convenit. Confer II, 37, VIII, 97, VI, 89. Τὴν ὑπὸ τῶν in Gr. perperam desunt. WASS.

ead. l. 9. Προτιμήσαντες) In hoc Thucydidem a communi consuetudine loquendi recedere, scribit Dionysius Halic. quod dicit αἱ πόλεις προτιμήσαντες, pro προτιμήσασαι. Multa sunt huiusmodi in Thucydide; sed non solum in hoc, verum etiam in aliis scriptoribus: quod & Latini imitantur in collectivis.

Pag. 99. *l.* 4. Ὥσπερ) Ita edit. Bas. & fortassis etiam aliae vetustiores. Praefero ὥσπερ cum Steph. 2. Port. Cl. Reg. & Cass. Et sic emendaverat nescio quis in Basil.

ead. l. 9. Ἀνάλωσαν) Vide ad III, 81.

ead. l. 10. Μισθοφορητέον) Portus sententiam illorum, qui μισθοφορεῖν hic exponunt *mercedem dare*, putat ex iis confirmari, quae cap. 97 leguntur, καὶ μισθὸν μηδένα φέρειν μηδεμιᾷ ἀρχῇ. Sed in his verbis nihil est, unde appareat, μισθὸν φέρειν ibi potius esse *mercedem dare*, quam *accipere*, quae est usitata huius phraseos significatio. Acacius recte censet, hoc pertinere ad mercedem, quam magistratus, senatus, iudices, & populus Athenis e iudiciis, concionibus, & aliis, quae publice agebantur, ferebant: de quibus Aristoteles VI Politicor. 2, & Sigonius II de Republic. Athen. 3. Infra cap. 67, Μήτε ἀρχὴν ἄρχειν μηδεμίαν ἔτι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κόσμου, μήτε μισθοφορεῖν. & cap. 69 de senatoribus ἀπὸ τοῦ κυάμου: καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐξιέναι λαβοῦσι τὸν μισθόν.

Pag. 100. *l.* 3. Βουλὴ ἀπὸ τοῦ κυάμου) Vide Gataker. de Usu sortium pag. 6. HUDS. Βουλὴ ἡ ἀπὸ τοῦ κυάμου Cl. & alii, non male. WASS. Infra cap. 69, Ἐπέστησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ κυάμου βουλευταῖς. Non solum hic senatus,

sed etiam alii magistratus forte legebantur. Vid. Meursium de Archontib. Athen. I, 9, Petitum in Leges Attic. pag. 219, & Menagium ad Diogen. Laërt. VIII, 34. Add. Xenophontem I Ἀπομνημον. p. 712, Aristophanem Avib. v. 1023, & Scholiasten Demosthenis ad Timocrateam p. 470.

ead. l. 10. Δικαίωσις) Agnoscit Suidas & Harpocrat. & cum Schol. exponit. unde apud Hesych. δικαιοῦν, μαστιγοῦν. ita Dio Cassius apud Etymologum. Vocem damnat, ut poëticam, neque ab ea se abstinuit Dionys. Halicarn. habes apud Plutarch. de def. Orac. δικαιώσεις ὑπὸ θεοῦ. adde Ael. V H. XIV, 7. denique ἐδικαιώθησαν interprete in VII Verr. Cicerone, supplicio affecti sunt. WASS. Cf. Valesium ad Harpocrationem, &, quem ibi laudat, Leopardum V Emendation. 9, Gatakerum de Stilo Novi Instrum. c. 8, & interpretes Ciceronis ad Lib. V in Verrem c. 57.

ead. l. 13. Ἢ ἐτύγχανεν ὁ ἦν) Hoc nemo facile intelligat. Probabilis est coniectura Porti ἐτύγχανεν ὄν; unde oriri potuit ὁ ἦν, cum Magister ἐτύγχανεν ὂν per ἦν exposuisset. Ὅσον quod plerique MSS. habent, & Scholiasten quoque legisse ex illius interpretatione colligi potest, non video cur reiici debeat. Et hoc quoque fortassis loco corrumpendo causam praebuit, cum primum in margine exemplaris, a quo aberat, scriptum, deinde in τῷ κειμένῳ loco non suo positum fuisset.

Pag. 101. *l.* 2. Καὶ διὰ τὴν ἀλλήλων) Διὰ omittunt Gr. & edd. vett. sed servant MSS. WASS.

ead. l. 6. Ἀλλήλοις — γιγνομένων) Corinthus: qui οἱ τοῦ δήμου ὑπόπτως προσήεσαν, & γεγενημένων. WASS. Μετέχοντά τινα, pro μετέχοντός τινος dicit Corinthus. At Scholiastes pro μετέχοντι τινι. Satis usitatum est in lingua Graeca, ut praecedentem alium casum accusativus sequatur. Vide ad IV, 2. Plutarchus Romul. pag. 33: Ἱστὸν τινα παρεγγυῆσαι ταῖς κόραις ὑφαίνειν δεδεμέναις, ὡς, ὅταν ἐξυφήνωσι, τότε δοθησομένας πρὸς γάμον.

ead. l. 13. Ἐν τούτῳ οὖν τῷ καιρῷ — οἰκήσεται) Haec laudat Harpocration in συγγραφεῖς, & legit, εἰς τὸν δῆμον. Vide ibi omnino Valesium. Οἱ περὶ Πείσανδρον ἐλθόντες usque ad ξυγκαταλύσας τὸν δῆμον laudat Suidas in ξυγγραφεῖς, suppresso auctore. omittit τὸν ante Πείσανδρον; addit ἐλθόντες εἰς Ἀθήνας; habet εἶπεν γνώμην pro εἶπον γνώμην; ἐπεὶ δὲ ἡ ἡμέρα pro ἐπειδὴ δὲ ἡ ἡμέρα; ἐνταῦθα δὲ λαμπρῶς pro ἐντ. δὴ λαμπρῶς. Deinde omittit ἔτι post

μηδεμία cum Gr. & δὲ ante ἐλέσθαι. corrupte ubique. Etymolog. in συγγραφεῖς legit ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ. WASS. Et εὐθὺ pro εὐθύς. In Suida etiam alia quaedam aliter leguntur, quae in Var. Lect. annotata sunt.

Pag. 102. *l.* 1. Δέκα ἄνδρας ξυγγραφ.) Ante oligarchiam 400. constituti sunt Decemviri cum summa potestate legibus scribendis, qui πρόβουλοι sunt dicti: quibus postea additi sunt viginti viri. At Thucydides horum XX virorum non meminit, sed X virorum dumtaxat. Vid. Etymol. Magn. auctorem, voce συγγραφεῖς, Harpocrat. & Valesii notas in eundem. HUDS.

ead. l. 5. Ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνὸν) Ordinaria concionum loca fuerunt Forum, Pnyx, Theatrum Dionysiacum. Extra ordinem vero in Pyraeeo, in Colono, in Munychia conciones habebantur. HUDS.

ead. l. 6. Ἱερὸν Ποσειδῶνος) Erat id Neptuni templum sine dubio τοῦ Ἱππίου. plane quemadmodum Colonus iste Ἵππιος vocabatur, ut distingueretur ab altero in urbe, qui Ἀγοραῖος dictus erat. Vide Meursium de Pop. Att. in voce Κολωνός. Eiusdemque reliquam Atticam p. 25. HUDS.

ead. l. 10. Ἄλλῳ τῳ τρόπῳ) Τῳ abest Gr. Sed hoc loco necessarium est. WASS.

Pag. 103. *l.* 2. Πρὸς ἑαυτῷ) Marg. & Schol. non bene πρὸς ἑαυτόν. WASS.

ead. l. 10. Ἀντιφῶν) Adi in eius Vita Plutarchum Moral. p. 832. Austera usum compositione ait Dionys. Halicarn. Tom. II, pag. 22. Infra ἃ ἂν γνοίη eleganter Cl. Antea aberat ἂν, quod restituimus. WASS. In Cod. Cam. hic est Scholion: ὁ τοῦ παρόντος συγγραφέως διδάσκαλος. Sic etiam Suidas in Ἀντιφῶν, & Marcellinus in Vita Thucydidis. Contra Caecilius apud Plutarchum in Vitis X Rhetorum, & Photium in Biblioth. Antiphontem Thucydidis discipulum fuisse tradidit. Vide quae ad vitam Thucydidis annotantur.

ead. l. 13. Ἑκούσιος) Quidam Codd. ἑκουσίως: at illud cum elegantius, tum apud nostrum frequentius. WASS.

Pag. 104. *l.* 3. Τὰ τῶν τετρακοσίων ἐν ὑστέρῳ μεταπεσόντα) Plane eodem modo loquitur Plato Epist. VII non longe a principio, quem locum laudat Stephanus: Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ μετέπεσε τὰ τῶν τριάκοντά τε, καὶ πᾶσα ἡ τότε πολιτεία. In eo, quod plerique MSS. habent, nihil boni sensus invenire possum.

ead. l. 13. Θηραμένης) Vide Lysiam Orat. XI, p. 164 & 169 ed. Hanov. Καὶ ὁ Θηραμένης ὁ τοῦ Gr. ut auctor non uno in loco. Wass. De Theramene Scholiastes Aristoph. Ran. v. 546. ubi non recte editur, ὁ Θουκυδίδης δὲ αὐτὸν ἐν πρώ . ι ἐπαινεῖ, pro ἐν ὀγδόῳ.

Pag. 105. *l.* 3. Τὸν Ἀθηναίων) Quidam libri prorsus male τῶν Ἀθηναίων. Et mox perperam ἐπ' ἔτει. Wass.

ead. l. 11. Δεκελεία) Populus Hippothoontidis. v. Herodot. IX, 72. ὁ δημότης Δεκελειεὺς Stephan. Δεκελεῖς apud Lysiam. Insc. Athen. quae Duilianam antiquitate exsuperat, ΔΕΚΕΛΕΥΣ Wheler. 369. Δεκελεικὸς Harpocrat. pag. 118. v. Spon. de pagis Atticis. Demosth. adv. Androt. 420, Δεκελεικοῦ πολέμου. & sic Isocrates p. 243. Wass.

ead. l. 14. Ὑπ' αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις) Mss. & vett. edd. ἐπ' αὐτοῖς. male. Noster alibi hanc in rem adhibet ὑπὸ, prorsus ut Latini *sub armis*. Wass. Ὑπ' αὐτοῖς primus edidit Stephanus, fortassis e libro aliquo scripto. Eum secuti sunt Portus & Hudsonus. Cetera omnia exemplaria tam scripta, quam edita, habent ἐπ' αὐτοῖς.

Pag. 106. *l.* 2. Τήνιοι) Vide Holstenium ad Stephanum. Insula haec olim Hydrusa, Ophiusa. Demosthenes adv. Polyclem 707, Τῆνος καταληφθεῖσα ὑπ' Ἀλεξάνδρου. Numus apud Motraye ΤΗΝΙΩΝ. Meminit & Philostratus Heroic. VIII. Etiam Athenaeus p. 43, 379, Schol. Aristoph. Plut. 718, Harpocrat. p. 331, Aristot. de Mirab. 123. Ecdicium fuisse Episcopum Teniorum circa A. Chr. 383, ex Conciliis patet. Et in Notit. Episc. ὁ Τήνου bis memoratur. Oppidum & agrum a Selimis ducibus ferro flammisque vastatum, scribit Leunclavius in Annalium Turc. supplemento. Describit Tournefort I, 296. Wass.

ead. l. 8. Ἕλληνες) Abest Cl. Gr. Noster ideo forte addit, quia Scythae fere erant servi publici. Wass.

Pag. 107. *l.* 2. Οἱ δὲ τετρακόσιοι) Recte Codd. in quibus ante haec verba στιγμὴν τελείαν esse annotat Hudsonus. Sic etiam in Gr. & Bas. Hoc quoque videtur mutasse Stephanus, in cuius ed. secunda distinctio minima est.

ibid. Ἐσελθόντες) Marg. ἐπελθόντες. male. Vide nos ad VIII, 67. Wass.

ead. l. 5. Ἐς τὴν ἀρχὴν) Cod. Ar. ἐς τὴν μάχην, nullo sensu. Wass.

ead. l. 8. Ἔνεμον κατὰ κράτος) Id est, διώκουν. Th. Magister in νέμω.

Pag. 108. *l.* 4. Πάνυ πιστεύων) Πάνυ τοι πιστεύων Cod. Ar. Et ſic legendum puto ob tres voces ſimiliter incipientes. Noſter nullibi hoc modo πιπίζει. Wass. Non deterior videtur eſſe ſcriptura aliorum Codd. πάνυ τι, quo & Thucydides, & omnes alii plurimum utuntur. Τι facile intercidere potuit, quod iidem in eo ſunt ductus literarum, qui in ſolo Π. Add. Stephanum ad Scripta al. de Dialect. Att. pag. 74 & 81.

Pag. 109. *l.* 3. Ἄνδρας κατέβαλον αὐτῶν) Ellipſis τοῦ τινὰς, de qua vid. ad VII, 43.

Pag. 110. *l.* 5. Τὴν ὑπερόριον ἀσχολίαν) Vett. edd. cum uno alteroque Mſ. quidem ὑπερορίαν: ſed recte Stephanus dedit ὑπερόριον, quod & plerique Mſſ. habent. Apollodorus II, 7, 4, Αὔγην δὲ ἔδωκε Ναυπλίῳ ὑπερόριον ἀπεμπωλῆσαι.

ead. l. 8. Ἀπέπεμψαν εὐθὺς) Clar. & Caſſ. ἀπέπεμψαν αὐτοὺς εὐθύς. Et rurſus cap. 74, Καὶ καταπλευσάντων αὐτῶν εὐθέως, ubi alii Mſſ. ignorant εὐθέως. Non eſt in proclivi decernere, utrum haec a Thucydide profecta ſint, an librariis debeantur. Sed tamen magis in illud inclino. Nam facile fieri potuit, ut ſcriba, qui haec alio dictante excipiebat, propter ſimilitudinem ſoni utriuſque vocis alteram earum omitteret. Pro μετάστασιν cum Marg. & Caſſ. mallim κατάστασιν.

Pag. 111. *l.* 1. Οἱ γὰρ τότε τῶν Σαμίων ἐπαναστάντες τοῖς δυνατοῖς) Primum videbatur aliquid vitii eſſe in voce τότε: nam ἐπανάστασις illa anno ſuperiore acciderat. Sed quia Thucydides ſaepe implicita ac disiecta ſtructura orationis utitur, deinde putavi τότε non cum ἐπαναστάντες, ſed cum ſequentibus ὄντες δῆμος, μεταβαλλόμενοι, & πεισθέντες iungendum eſſe.

ead. l. 5. Ἐγένοντό τε ἐς τριακοσίους) Si haec uſque ad καὶ Ὑπέρβολόν τέ τινα per parentheſin interpoſita accipiamus, prior coniectura Palmerii non improbabilis quidem, ſed tamen non plane neceſſaria eſt. Nam καὶ interdum vim participii, vel pronominis relativi habet. Thucydides IV, 67, Ἐν ὀρύγματι ἐκαθέζοντο, ὅθεν ἐπλίνθευον τὰ τείχη, καὶ ἀπεῖχεν οὐ πολὺ, pro ὃ ἀπεῖχεν vel ἀπέχοντι. Apollodorus I, 4, 1, Ἡ δὲ τοὺς παῖδας ἐπικαλεῖται, καὶ κατατοξεύουσιν αὐτόν. Ariſtaenetus I Epiſt. 5, Θεός τις εὐμενὴς εἰς κοινὴν σωτηρίαν φιλανθρώπως ἀπέσταλκε ταύτην, καὶ ἀμφοτέρους ἀπέσωσεν εἰσδραμοῦσα: ubi ſine cauſa Mercerum puto emendare ἣ ἀμφοτέρους. Eiuſdem generis eſt,

quod Beza ad Actor. Apost. VI, 6, è Plutarcho de Sollertia animal. pag. 1791 ed. Steph. affert: Κουρεύς τις θαυμαστόν τι χρῆμα πολυφώνου καὶ πολυφθόγγου κίττης ἔτρεφε, καὶ ἀνθρώπου ῥήματα καὶ θηρείους φθόγγους ἀνταπεδίδου. Quod si haec tantum, ἐγένοντό τε ἐς τριακοσίους ξυνωμόται, in parenthesi dicta quis putet, non minus retineri potest καὶ, ita tamen ut distinctio maxima post ἐπιθήσεσθαι tollatur, & oratio ita procedat, μεταβαλλόμενοι αὖθις, καὶ πεισθέντες, καὶ ἔμελλον ἐπιθήσεσθαι, καὶ Ὑπέρβολον — ἀποκτείνουσι.

ead. l. 7. Ὑπέρβολον) Χρέμιδος υἱὸς, ἀδελφὸς δὲ Χάρωνος, λυχνοπώλης. De morte eius & sepultura vide Schol. Aristophan. ad Εἰρ. v. 680, Harpocrat. Plutarchum vit. Impp. p. 196, 222, Schol. Luciani p. 4. Wass. Add. Perizonium ad Aelian. XII Var. Histor. 43.

ead. l. 8. Ὠστρακισμένον) Laudat Thomas Magister in ὀστρακίζομαι; ubi perperam editur ἐν τῇ ἕκτῃ.

ead. l. 10. Μετὰ Χαρμίνου) Valla verterat *una cum Charmino*; quod ambigue dici annotat Stephanus. Recte Portus: Μετά τινος fieri dicuntur, quae alicuius voluntate, auxilio, & consilio fiunt. Thucydides III, 66, Οὐ μετὰ τοῦ πλήθους ὑμῶν εἰσελθόντες. V, 29, Μὴ μετὰ Ἀθηναίων σφᾶς βούλωνται Λακεδαιμόνιοι δουλώσασθαι. Ibid. 82, Ὅπως, ἢν τῆς γῆς εἴργωνται, ἡ κατὰ θάλασσαν σφᾶς μετὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαγωγὴ τῶν ἐπιτηδείων ὠφελῇ. Sic VI, 28 & 79.

Pag. 112. *l.* 7. Μέχρι νῦν) Haec superfluunt, & explicandi gratia addita videntur ad ἐς τοῦτο. Firmat hanc coniecturam Scholiasta. Wass.

ead. l. 9. Τοὺς Παράλους) Non ignota est Πάραλος, triremis Atheniensium: mentio eius passim occurrit. Nominis origo diverse traditur ab Hesychio, Harpocrat. Suida. Huius autem triremis vectores Πάραλοι dicebantur, ut tradunt iidem. nonnunquam etiam Παραλῖται nuncupabantur. Vide Meursii Attic. Lect. l. 2, c. 7. Huds.

Pag. 113. *l.* 9. Ἀγγελοῦντα) Recte in quibusdam Mss. ἀπαγγελοῦντα. Vid. Indicem. Wass.

Pag. 114. *l.* 3. Τὰ ἐκ τῶν Ἀθηναίων) Non aspernanda mihi videtur lectio Marg. τῶν Ἀθηνῶν, & propemodum credo, librarios pro eo substituisse Ἀθηναίων, quod id magis putabant convenire cum ζημιοῦσι, & διανοοῦνται.

ead. l. 9. Τεθνήκωσι) Vid. Thom. Magistrum in τεθνήξεται. Wass. Ostendit ibi Thomas, Platonem in Gorgia, &

Libanium in futuro activo dicere τεθνήξει, morietur; sed hoc improbari a Luciano in Soloeciste. Graevius ad Lucianum pag. 747 annotat, in Platonis exemplaribus editis legi τεθνήξεται, & Henr. Stephano propter reprehensionem Luciani suspectum est, quod affertur ex Aristophanis Acharnens. v. 324, ὡς τεθνήξων ἴσθι νῦν γε. Non negari potest, insolentiora esse haec futura activa: neque tamen ob eam causam vel in aliis scriptoribus, vel in Thucydide quidquam contra consensum plerorumque Msstorum mutare ausim. Nam τεθνήκω praesens eadem ratione a perfecto τέθνηκα fieri potuit, qua πεφύκω, πεφύγω, πεπλήγω, & alia huiusmodi, a perfectis e sententia Grammaticorum formata sunt. Luciani auctoritas autem ideo aliquanto minus ponderis habet, quod non raro tanquam soloeca reprehendit ea, quibus non modo probatissimos scriptores Graecos, sed etiam ipsum usum esse constat. Thomas Magister in εἰ locum hunc Thucydidis ita laudat: ἵνα, ἢν μὴ ὑπακούωσι, τεθνήξονται. Ita fortassis mutavit, cum in suo exemplari invenisset τεθνήξωνται, quod e canone Grammatico sciebat, subiunctivos futuris carere. Sed parum memor praecepti sui in ἵνα: πάνυ ἀμαθὲς ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ἵνα, ἢ ἐὰν, ἢ ἂν, ἢ ὅταν τιθέναι. In margine Cod. Gr. hic ad τεθνήκωσι annotatum erat, ἀντὶ τοῦ τεθνήξωνται. Τεθνήκωσι etiam Scholiastes agnoscit.

Pag. 116. *l.* 9. Ἀνθείλοντο) Perperam quidam scripti ἀνείλοντο. WASS.

ead. l. 10. Θράσυλλος) Θράσυλος passim Cl. quomodo Xenophon p. 432, 442, & alibi. Cum vulgatis faciunt Polyaenus I, 47, & Plutarchus de Gloria Athen. 345, & in Alcib. 207. IDEM.

ead. l. 11. Ἐν σφίσιν ἀνιστάμενοι) Mss. & edd. vett. ἐν σφίσιν αὐτοῖς. Noster bis infra σφίσιν sine αὐτοῖς. WASS. Αὐτοῖς primum in Stephani ed. 2 omissum est: quam ob causam, non apparet. Ἀνιστάμενοι Stephanus vertit *prodeuntes*, Acacius *congregati;* quasi putasset, συνιστάμενοι legendum esse.

Pag. 117. *l.* 1. Ποριμωτέρων) Stephanus in Thes. scribit, hoc ita videri accipiendum, ut in Aeschyli Prometh. v. 904, ubi Scholiastes πόριμος exponit πόρον διδοὺς, *transitum aperiens, viam faciens.* Hic interpretatur, *quibus maior facultas comparandi omnia, quibus opus foret, suppeteret.* Ita potius accipiendum esse suadent ea, quae deinde de pecu-

nia, commeatibus, & usu maris dicuntur. Εὐπορωτέρων in Cod. Cass. puto esse glossam e margine εἰς τὸ κείμενον illatam.

ead. l. 5. Ἢ παρ' ἐλάχιστον ἦλθε) Διῆλθε τὸ Ἀθηναίων pro varia lectione annotat etiam Scholiastes. minus eleganter. Wass. Vulgatam scripturam confirmat Plutarchus in Vita Periclis pag. 305: Πολλὴν ἀδηλότητα καὶ μέγαν ἔσχε κίνδυνον ὁ πόλεμος, εἴπερ ὡς Θουκυδίδης φησὶ, παρ' ἐλάχιστον ἦλθε Σαμίων ἡ πόλις ἀφελέσθαι τῆς θαλάττης τὸ κράτος Ἀθηναίους. Sic παρὰ τοσοῦτον ἐλθεῖν dicunt Graeci, non διελθεῖν. Thucydides VII, 2: Παρὰ τοσοῦτον μὲν αἱ Συρακοῦσαι ἦλθον κινδύνου. Lucianus Catapl. p. 425: Παρὰ τοσοῦτον ἦλθε διαφυγεῖν. Et Pseudomant. p. 781: Παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθανεῖν. Sed fortassis δὴ ἦλθε scripsit Thucydides, ut Clar. & Gr. habent, atque inde διῆλθε illud ortum est.

ead. l. 10. Καὶ πρότερον αὐτοὺς κρατεῖν) Interpretatio Scholiastae, αὐτοὺς ad eos, qui in Samo erant, referentis, a sententia huius loci aliena est; & res ipsa ostendit, utraque haec καὶ πρότερον, καὶ νῦν ad eosdem, id est, ad eos, qui Athenis erant, pertinere. Illud obscurius est, quod ab infinito κρατεῖν ad finitum καταστήσονται transit. Sed saepe etiam alibi negligit convenientiam modorum. VI, 34: Πείθεσθε οὖν μάλιστα μὲν ταῦτα τολμήσαντες, εἰ δὲ μὴ, ὅτι τάχιστα τἆλλα ἐς τὸν πόλεμον ἑτοιμάζειν. Et ibid. c. 75: Ἦσαν γὰρ ὕποπτοι αὐτοῖς οἱ Καμαριναῖοι μὴ προθύμως σφίσι μήτ' ἐπὶ τὴν πρώτην μάχην πέμψαι ἃ ἔπεμψαν· ἔς τε τὸ λοιπὸν μὴ οὐκέτι βούλωνται ἀμύνειν — προσχωρῶσι δὲ αὐτοῖς.

Pag. 118. *l.* 6. Τοὺς πατρίους νόμους) Plerique scripti πατρῴους. Utroque modo noster. Vid. Lib. IV, cap. 118, & Thom. Magistrum. Wass. Lib. IV, cap. 118 princ. est κατὰ τοὺς πατρίους νόμους, & paulo post τοῖς πατρίοις νόμοις χρώμενοι, ubi quidam Mss. πατρῴοις, minus recte, si Grammaticis credimus. Aristoteles II Politicor. 6, κινεῖν τοὺς πατρίους νόμους. Sic fere potius τὸ πάτριον, τὰ πάτρια, mores, instituta maiorum, quam πατρῷον, & πατρῷα. Duker. Πατρῴους) *Male*, inquit cl. Professor, *si Grammaticis credimus*. Ita tamen locuti Dinarchus contra Demosthenem p. 36 ed. Gruter. Aelianus VI, 10, Iosephus p. 722, 38 ed. Hudson. Ita Mss. Voss. 1. & Bodl. & bis 1040 Bodl. & infra Busbequii Codex, uti & 1056,

1089. Lycurgus adv. Leocratem pag. 138, πατρῴων νομίμων. vide & Thucydid. I, 123. τὰ πατρῷα & τὰ πάτρια pro paternis bonis Isocrates de pace 270, Lysias Orat. IX, 124. Idem pag. 450, ὑπὲρ ἁπάντων καὶ ἰδίων τε καὶ πατρῴων τὴν τιμωρίαν ποιήσασθε. Ita enim puto legendum. Wass.

Pag. 119. *l.* 2. Καὶ τὰ τοῦ πολέμου παρεσκευάζοντο) Non possum probare scripturam librorum, qui habent κατὰ τοῦ πολέμου. Nihil frequentius est Thucydidi, quam articulo neutrius generis cum genitivo substantivi pro quocunque alio casu nominis substantivi uti. III, 82, Ἐστασίαζέ τε οὖν τὰ τῶν πόλεων; & ibid. τὰ μέσα τῶν πολιτῶν, pro αἱ πόλεις, & οἱ μέσοι πολῖται. VI, 29, Ἤδη γὰρ τὰ τῆς παρασκευῆς ἐπεπόριστο. VI, 65, Ἐπεὶ δὲ ἕτοιμα αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς παρασκευῆς ἦν, *apparatus*, vel *quae ad apparatum pertinent.* VII, 49, Ἐν ᾗ τὰ τῆς ἐμπειρίας χρήσιμα σφῶν ἔσται, id est, ἡ ἐμπειρία. VI, 86, Τὰ δὲ τοῦ πολέμου παρόντα ἤδη, καὶ οὐ μέλλοντα, pro ὁ πόλεμος. Ita & hoc loco τὰ τοῦ πολέμου παρεσκευάζοντο, id est, τὸν πόλεμον. Sed infra cap. 82, Τὰ τοῦ πολέμου πρῶτον ἔφη πράξειν, τὰ τοῦ πολέμου non tam apte vertatur *bellum*, quam *quae ad bellum pertinent.* Vide Dionysium Halicarn. περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος cap. 29, & Stephanum in Append. ad Scripta al. de Dialect. pag. 178. Haec ideo monendu duxi, quod vidi, praeter Hudsonum esse, quibus hic magis placeret κατὰ τοῦ πολέμου, quam καὶ τὰ τοῦ πολέμου.

ead. l. 10. Πρότερον) Gr. male προθυμότερον. Marg. & edd. vett. προτιμότερον. inepte. Wass. Cap. 76, καὶ πρότερον, καὶ νῦν.

Pag. 120. *l.* 1. Ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον κινδυνεύειν διατριβῆναι) Hic Valla coniunxit ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον κινδυνεύειν, &, quasi κινδυνεύειν pro εἰς τὸ κινδυνεύειν positum esset, vertit *nomine, non re, periculum certaminis subituras;* διατριβῆναι autem *tempus terat* interpretatus est. Et sic etiam Acacius haec accepit. Verum si ita vertatur διατριβῆναι, non habebit unde pendeat, aut quo pertineat nominativus μένοντες. Quapropter mihi Portus, ducente eo Scholiasta, qui διατριβῆναι exponit διαφθαρῆναι, rectius videtur coniunxisse κινδυνεύειν διατριβῆναι, & ab his praecedentia illa ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον separasse. In quibus, si distinctio post ἔργον ponatur, haec erit sententia: Peloponnesios clamasse, periculum esse, ne ipsi frustra exspectando naves Phoe-

nicum, ὄνομα καὶ οὐκ ἔργον οὖσας (vel ἐχούσας, ut Euripides Oreſt. v. 454, Ὄνομα γὰρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν, οἱ φίλοι) i. e. nomen ſine re, paulatim attererentur. Qua ſignificatione verbo διατρίβειν etiam infra c. 87 utitur: Ἵνα διατρίβῃ ἀπελθὼν, ὥσπερ καὶ διενοήθη, τὰ τῶν Πελοποννησίων. Nam Henr. Stephanus in Theſ. ſcribens, apud Thucydidem lib. 8 legi ναῦς διατριβῆναι pro διαφθαρῆναι, ſine dubio aliud egit, nec recte locum inſpexit. Ceterum ſtructura orationis toto hoc capite ſatis implicita eſt, ita ut propemodum haberi poſſit pro exemplo eorum, quae Dionyſius Halicarn. in Thucydide σκολιὰ, καὶ δυσπαρακολούθητα eſſe, καὶ σχηματισμῶν πλοκὰς σολοικοφανεῖς habere dicit. Nam primum haec, ναῦς μένοντες, cum non alio referri poſſint, quam ad διεβόων, quod in princip. cap. eſt, ab eo interpoſitis illis de Aſtyocho longo intervallo ſeparantur; quod orationem non parum obſcuram reddit. Deinde, cum in priore membro poſuiſſet τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος, uſitati ſermonis ratio, quod bene animadvertit Portus, poſtulabat, ut itidem in poſteriore diceret, τοῦ δ' αὖ Τισσαφέρνους τάς τε ναῦς ταύτας οὐ κομίζοντος, καὶ διὰ τὸ τὴν τροφὴν οὐ συνεχῶς, οὐδ' ἐντελῆ διδόναι, τὸ ναυτικὸν κακοῦντος. Non diſſimile ἀκατάλληλον praecedente genitivo, quem abſolutum vocant, eſt in iis, quae VII, 47 leguntur: Νόσῳ τε γὰρ ἐπιέζοντο κατ' ἀμφότερα, τῆς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ ταύτης οὔσης ἐν ᾗ ἀσθενοῦσιν ἄνθρωποι μάλιστα, καὶ τὸ χωρίον ἅμα, ἐν ᾧ ἐστρατοπεδεύοντο, ἑλῶδες καὶ χαλεπὸν ἦν; pro τοῦ χωρίου ἑλώδους καὶ χαλεποῦ ὄντος.

ead. l. 12. Ἔπλεον πρὸς τὴν Μυκάλην) Forte ἔπλεον ὡς τὴν Μυκάλην. Nec tamen ſcriptura ὡς πρὸς τὴν Μυκ. diſplicet. WASS.

ead. l. 14. Γλαύκη) Recte addit τῆς Μυκάλης: eſt enim & κόλπος Γλαῦκος καλούμενος prope Artemiſium, & Symen etiam Cariae Glaucum dictam narrat Athenaeus. De hoc oppido non videor alibi legiſſe. WASS.

Pag. 121. *l.* 7. Ναυσὶν ἐπ' Ἀβύδου) Clar. ταῖς ἐπ' Ἀβύδου. recte addit ταῖς. WASS. De hac expeditione Strombichidis vid. cap. 62. Ἐπ' Ἄβυδον cum quibuſdam MSſ. legas, an vulgatam ſcripturam retineas, perinde eſt: nam utrumque recte dicitur. Vel hoc ipſo capite plus ſemel cum genitivo eadem ſignificatione, & alibi ſaepiſſime.

Pag. 122. *l.* 13. Καὶ ἅμα καὶ τὸ Βυζάντιον ἐπεκηρυκεύετο αὐτοῖς ἀποστῆναι) Magis probo interpretationem Aca-

cii, *ad haec legati ab Byzantio de defectione venerant*, quam Vallae & Porti, qui legatos a Pharnabazo missos hoc Peloponnesiis promisisse putant. Neque enim credo, si haec esset sententia, Thucydidem verbo ἐπικηρυκεύεσθαι usurum fuisse. Τὸ Βυζάντιον nota figura dicit pro οἱ Βυζάντιοι, & ἀποστῆναι est deficere. III, 55, VIII, 45. ἀποστῆσαι ad defectionem inducere, V, 45, VIII, 32, & saepe alibi. Ἐπικηρυκεύεσθαι porro cum dativo & infinitivo est VII, 83, ἐπικηρυκεύεται Γυλίππῳ καὶ Συρακουσίοις εἶναι ἕτοιμος.

Pag. 123. *l.* 2. Ἐν τῷ πλῷ) Clar. melius ἐν τῷ παράπλῳ. Vide tamen III, 49. WASS.

Pag. 124. *l.* 1. Ἀπ' ἐκκλησίας) Plerique MSS. ἐπ' ἐκκλησίας, id est, ἐν ἐκκλησίᾳ. Sed ἀπ' ἐκκλησίας videtur ita dici posse, ut cap. 79 καὶ δόξαν αὐτοῖς ἀπὸ ξυνόδου ὥστε διαναυμαχεῖν.

ead. l. 4. Ἐς τὴν Σάμον) Clar. rectius ὡς, ut cap. 80, ὡς τὸν Φαρνάβαζον, & alibi. WASS.

ead. l. 7. Ἐπῃτίασε) Stephanus & alii recentiores Lexicographi ex hoc uno loco Thucydidis ἐπαιτιάω activum in Lexica sua contulerunt. Monet tamen Stephanus, hic etiam legi ἐπῃτιάσατο. Nec video, cur id ex auctoritate plerorumque librorum scriptorum vulgato ἐπῃτιάσε praeferri non debeat; cum praesertim Thucydides alibi quoque formam mediam huius verbi adhibere soleat. Vid. V, 16, & VI, 28.

ead. l. 8. Περὶ τῶν πολιτικῶν) Τῶν male abest a quibusdam. WASS.

ibid. Ἐς ἐλπίδας) Ita MSS. & plurative supra. Firmat Hippocrates Praenot. p. 11, ἔμπυον ἔσεσθαι πολλαὶ ἘΛΠΙΔΕΣ. v. Indicem. De Thrasylli commento ad Byzantium adi Polyaenum I, 47. WASS. Cur Stephanus paulo post voluerit infercire περὶ, quod & ab exemplaribus MSS. & a vett. edd. abest, non scio. Thucydides VII, 77, Ἐλπὶς θαρσεῖα τοῦ μέλλοντος. Cap. seq. Τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας καὶ τῆς τῶν τετρακοσίων τιμωρίας. Lucianus Tyrannicid. pag. 694, Οὐ τῶν παρόντων ἀπαλλάξας ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος.

Pag. 125. *l.* 2. Ὑπεδέξατο) Eadem significatio huius vocis est II, 29 & 95. Vid. Th. Magistrum in ὑφίσταμαι.

ead. l. 5. Ἐξαργυρίσαι) Ἐξαργυρῶσαι Marg. Cam. Graev. Etymologus, Suidas h. v. qui addit, οὐκ ἐξαργυρίσαι. Utraque forma Iosephus B. Iud. I, 15, I, 26. ἀργυρίζω Demo-

sthenes, & ἐξαργυρίζω ἀπαργυρίζω Themist. ἀπαργυρέω quandoque de argento, ut in Plutarchi Philopaem. p. 361. ubi cum Ms. A. κολούσαντας *amputantes*, pro κωλύσαντας legendum. ἐπαργυρόω sensu Thucydideo utitur Artemidorus: ἐξαργυρόω apud Herodotum, quem lubenter auctorem noster habet, invenitur VI, 86, 1, Τὰ ἡμίσεα πάσης τῆς οὐσίας ἐξαργυρώσαντα. Thom. Magister: οὐδ᾽ ἂν δ. — ἐξαργυρίσαι. Wass. Ita Thomas in χρηματίζω, & αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ. Ἐξαργυρίζειν dicit Demosthenes in Orat. de Pace p. 40: Ἣν ἐνθάδε ἐκέκτητο οὐσίαν φανερὰν, ταύτην ἐξαργυρίσας. ubi Scholiastes annotat διαπράσας. σημείωσαι παρὰ Θουκυδίδῃ ἐξαργυρῶσαι, οὐκ ἐξαργυρίσαι, quae vel Suidas illi, vel ille Suidae debet. Parthenius Nic. cap. 8, Ἐξηργυρίσατο μέρος τῶν ὑπαργμάτων. Ἐξαργυρῶσαι in textu scribi voluit clar. Wasse, quod ante erat ἐξαργυρίσαι. Camerarius ad ἐξαργυρῶσαι, quod e suo Cod. annotarat, addit: nam ἐξαργυρίσαι male scriptum est.

ead. l. 8. Εἰ αὐτὸς κατελθὼν) In nonnullis εἰ σῶς αὐτός. Sed an non mali ominis? Ita noster alibi. Wass.

ibid. Αὐτῷ) Αὐτοῖς Marg. & alii. male. Wass.

ibid. Ἀναδέξαιτο) Herodotum ἀναδέχομαι pro ὑπισχνοῦμαι dicere, annotat Thom. Magister in ὑφίσταμαι. Sed ἀναδέχεσθαι saepe plus est, quam simpliciter promittere, & de eo dicitur, qui pro alio spondet ac fideiubet. Adi Budaei Commentar. Ling. Graec. & Casaubonum ad Theophrast. Charact. cap. XII.

ead. l. 13. Ἀντηλλάξαντο) Vett. edd. & quidam scripti ἂν ἠλλάξαντο. Hoc non magnopere improbem: nam oratio particulam ἂν videtur requirere.

Pag. 126. *l.* 15. Διεβέβληντο) Id est, διαβάλλειν ἤρξαντο, ait Portus, passivum pro activo, figura Attica. Rectius Thomas Magister in διαβέβλημαι eadem sententia, qua Scholiastes, exponit διαβεβλημένως εἶχον πρὸς αὐτὸν, κακὸν αὐτὸν ἡγοῦντο. Et sic apud Philostratum II de Vit. Sophist. I, 10, sumi dicit in his: Διεβέβλητο δὲ πρὸς αὐτὸν, ὡς ἠλιθιώδη, καὶ δυσγράμματον, καὶ παχὺν τὴν μνήμην. Ad eandem significationem pertinet, quod Casauboni, pater ad Strabonem XVII, pag. 792, & filius ad Epicteti Enchirid. cap. 52 annotant, διαβάλλεσθαι interdum esse *odio habere*: quam ab hoc loco non alienam esse ex eo patet, quod paulo post verbo μισεῖσθαι utitur Thucydides. Add. infra c. 109.

Pag. 127. *l.* 1. Καὶ τὸν ἐπὶ τὴν Μίλητον Ἀθηναίων ἐπίπλουν) Non intelligo, quo referendus sit accusativus ἐπίπλουν, & puto aliquid excidisse ante τὸν ἐπὶ, forte μετὰ *post*, vel κατὰ, ut videtur voluisse Portus, qui hic interpretatur *quo tempore*. Nec satis liquet mihi, illa, quae paulo post dicuntur, καὶ ἐς τὸ μισεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἐπιδεδωκέναι, cum praecedentibus τὸν Τισσαφέρνην ἀῤῥωστότερον γενόμενον coniungenda sint, an, quod Scholiastae placuit, ad Peloponnesios pertineant. Si hoc verum est, dicendum est, participium γενόμενον pro infinitivo positum, & ceteram orationem ita supplendam esse, καὶ αὐτοὺς ἐς τὸ τὸν Τισσαφέρνην μισεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἐπιδεδωκέναι. Sed sive dicas ὁ Τισσαφέρνης ἐπιδέδωκεν εἰς τὸ μισεῖσθαι ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων, sive οἱ Πελοποννήσιοι ἐπιδεδώκασιν εἰς τὸ μισεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν τὸν Τισσαφέρνην, utrumque videtur esse insolens genus loquendi. Duker. Τὸν — ἐπίπλουν cum ἐπιδεδωκέναι coniungendum, & τὸ καὶ ante ἐς τὸ μισ. loco movendum, & ante πολλῷ ponendum censet Heilm.

ead. l. 7. Καί τινες τῶν ἄλλων) Probo quod est in duobus MSS. καί τινες καὶ τῶν ἄλλων. Ita compluribus locis Thucydides. Vide ad IV, 121. Idem placebat cl. Wasse. qui annotarat cap. 80 fin.

Pag. 128. *l.* 1. Ὄντων — ἀναλογισμῷ) Thom. Magister in ἀναλογ. δὲ legit, bene. Wass.

ead. l. 6. Δωριεῖ) Recte Scholiasten notat Hudsonus. Vide c. 35. Nec satis considerate Scholiasten sequitur Lipsius V de Milit. Rom. 18.

ead. l. 8. Βακτηρίαν) Graecorum ducibus βακτηρία *baculum* (sicut Romanis centurionibus *vitis*) gestamen & insigne fuit. Clearchus a Xenophonte ita describitur II Ἀναβάσ. p. 279, ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ δόρυ ἔχων, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ βακτηρίαν. Huds. Sequitur Lipsium l. d. cuius sententiam ut non reiicio, ita neque pro certissima habeo, donec hoc etiam de aliis Graecis, non de Lacedaemoniis tantum, ostensum fuerit. Nam cum & Astyochus & Clearchus Lacedaemonii fuerint, fortassis etiam baculis in bello gestandis morem patrium secuti sunt. Nam mos erat Lacedaemoniis baculos gestare: de quo Casaubonus ad Theophrasti Charact. cap. 5. Sic de Eurybiade rege Lacedaemoniorum Plutarchus in Themist. p. 214, Ἐπαραμένου δὲ τὴν βακτηρίαν, ὡς πατάξοντος, ὁ Θεμιστοκλῆς ἔφη, πάταξον μὲν, ἄκουσον δέ.

ead. l. 10. Ἐπὶ βωμὸν) Aeſchylus Suppl. Κρεῖσσον δὲ πύργου ΒΩΜΟΣ, ἄῤῥηκτον σάκος. Hinc in proverbium abiit. Latini etiam *portus* & *ara* pro praeſidio. Wass.

Pag. 131. *l.* 5. Ἀναδιδάξοντας) Stephani interpretatio huius vocabuli in Var. Lect. Hudſoni ad ea pertinet, quae cap. 74 de Chaerea narrantur. Sed ſi Thucydides ordinem temporis ſecutus eſt, non poteſt eo referri. Nam decem illos legatos a Quadringentis, antequam Chaereas in Samum rediret, ad exercitum, qui ibi erat, miſſos narrat cap. 72; ac deinde cum iam in Delo eſſent, demum cognoviſſe ea, quae in Samo acta erant, cap. 77, ubi etiam reſciviſſe potuerunt ea, quae de Chaereae criminationibus paulo poſt hoc cap. dicunt. Et ἀναδιδάσκω ſaepe nihil aliud eſt, quam *perdoceo*, *edoceo*. Thucydides III, 97, Ἀναδιδάξαντες αὐτὸν τῶν Αἰτωλῶν ὡς εἴη ῥᾳδία ἡ αἵρεσις. Ariſtophanes Equitib. v. 152, Τοῦ θεοῦ τὸν χρησμὸν ἀναδίδαξον αὐτὸν ὡς ἔχει. Et ibid. v. 202 & 1042.

Pag. 132. *l.* 10. Κωλυτὴς γενέσθαι) De hac phraſi vid. ad III, 23. VIII, 50, Δείσας, μὴ ἣν κατέλθῃ, ὡς κωλυτὴν ὄντα κακῶς δρᾷ. Poſt γενέσθαι ſententia diſtinctionem poſtulat.

ibid. Οὐδ' ἂν εἷς) Caſſ. οὐδεὶς ἄν. Sed Thomas Magiſter in οὐδεὶς, οὐδ' ἂν εἷς, καὶ μηδ' ἂν εἷς, δοκιμώτερον λέγειν, ἢ οὐδεὶς ἄν, καὶ μηδεὶς ἄν. Confirmat praeceptum ex Ariſtophanis Plut. v. 137, Οὐδ' ἂν εἷς θύσειεν ἀνθρώπων ἔτι.

ead. l. 12. Τοῦ τ' ἐπίπλου) Cl. mendoſe τόν τε ἐπίπλουν παύσας. Apud Thucyd. III, 65, τῆς ἔξω ξυμμαχίας ὑμᾶς παῦσαι. Homer. παῦσε δὲ χάρμης. Heſiod. παῦε μάχης. quibus formulis accuſativus eleganter ſubauditur αὐτὸν, ἑαυτὸν, & ſimilia. Vid. Indicem. Wass.

Pag. 133. *l.* 13. Καὶ εἰπὼν) Stephanus apud Hudſ. in Var. Lect. etiam ex h. l. oſtendit, εἰπεῖν pro *iubere* non eſſe Hebraiſmum. Vid. ad VII, 29. Thucydides VIII, 69, Καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐξιέναι λαβοῦσι τὸν μισθόν. Neque tamen neceſſe eſt hic εἰπεῖν ſumi pro *iubere*, ſignificatione imperandi. Acacius non male vertit *hortari*: nec Portus *rogare*.

Pag. 134. *l.* 4. Λαισποδίαν) Ariſtoph. alicubi, Τί, ὦ κακόδαιμον Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν; atque ita ſcribit Eupolis ἐν Δήμοις. Heſych. & Suidas in λαισποδιάσθαι. Wass. De Laeſpodia eſt ſupra VI, 105. Suidas deſcripſit ſua e Scholiaſte Ariſtophanis ad Av. v. 1568. Sed uterque parum recte: τοῦτον δὲ τὸν Λαισποδίαν καὶ στρατηγῆσαι φησὶ Θουκυδίδης ἐν τῇ η'. pro ἐν τῇ στ'.

ibid. Ἀριστοφῶντα) V. Lysiam Orat. XI, p. 171. WASS.

Pag. 135. *l.* 3. Ταμῶν) Paulo post Ταμῶς. At supr. cap. 31 Τάμως. Xenophon I Ἀναβάσ. pag. 252, & Diodorus Sic. XIV, p. 405 & 415, Ταμὼς, quod rectum puto. Sic Γαὼς, Ἰναρὼς, Ταχὼς, Νεκὼς, nomina Aegyptia. Nam Tamum Aegyptium fuisse, Xenophon & Diodorus indicant.

ead. l. 5. Ἄσπενδον) Ἀργείων κτίσμα, inquit Strabo. Aspendum conditorem agnoscit Hellanicus scriptor haud accuratus. Describit Arrianus Exped. Alex. I, cap. 28. vid. & Philostrat. vita Apollon. I, 15, Zosimum 310, Suidam v. ἀλεκτρύονα. WASS.

ead. l. 12. Παρεῖχεν) Clar. ἐδίδου ex interpretatione. WASS.

ead. l. 13. Ἐκχρηματίσαιτο) Ἐχρηματίσαιτο in ed. Bas. est apertum vitium operarum: quod etiam in Thomae Magistri edit. Franeq. v. χρηματίζω irrepsit, ubi Colin. alio vitio ἐκχρηματίσαιτε. Corinthus ita laudat, ὁ δὲ χρηματίσαιτο ἀφεὶς, & verbum pro participio, & contra participium pro verbo positum esse putat: nam idem esse, ac si Thucydides dixisset χρηματισάμενος ἀφῆκε. Eum recte reprehendit Stephanus Animadvers. in lib. de Dialect. pag. 28. Particula ἵνα enim non patitur, ut ἵνα ἀφεὶς pro ἵνα ἀφῆκε accipi possit. Verbum ἐκχρηματίζεσθαι habet etiam Pollux IV, 43.

ead. l. 14. Καταβοῆς ἕνεκα τῆς ἐς Λακεδαίμονα) Aemil. Portus, qui veteribus Scholiis sua immiscuit in edit. Francof. (quorum & nonnulla, non omnia, notis brevibus textui quavis pag. subiectis, inserere Hudsono placuit) καταβοὴν h. l. simpliciter φήμην interpretatur, ἵνα, inquit, ἡ καταβοὴ, ἤγουν ἡ φήμη τοῦ ναυτικοῦ τῶν Φοινίκων ἡκόντων ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃ. Et ad hunc sensum versionem instituit quoque, sic reddens locum: *ut rumor Lacedaemonem perveniret.* Nos cum iis potius sentiemus, qui καταβοὴν, haud inusitata nostro alias significatione *malam famam*, *delationem*, *criminationem*, vel *convitia*, exponunt, neque perperam adeo vertisse ceteros putabimus, Vallam quidem *vitandae invidiae causa, qua apud Lacedaemonem flagrabat;* Winsemium, *propter criminationes & invidiam, qua apud Lacedaemonios gravabatur;* melius vero Acacium Enenckel. *criminibus Lacedaemonem de se delatis motum.* Et cum congruat bene interpretatio intellectui totius loci, nec non iis, quae superius de Tissapherne ab auctore animadversa, non ne-

cesse est, ut cum Aemilio Porto recedamus a notione, quam in hoc ipso vocabulo adamavit Thucydides locis aliis. Sic lib. 1 in Atheniensium concione: αἰσθόμενοι δὲ καταβοὴν οὐκ ὀλίγην οὖσαν ἡμῶν. ubi Schol. recte: Καταβοὴν, κατηγορίαν. & lib. 8, εἰδὼς τούς τε Μιλησίους πορευομένους ἐπὶ καταβοῇ τῇ αὐτοῦ μάλιστα. Quin Dionys. Halicarn. vocum Thucydidearum prae ceteris diligens, Antiquit. lib. 7, p. 428, καὶ πολλῇ τῇ καταβοῇ τῶν βουλευτῶν ἐχρῶντο, h. e. *graviter criminabantur & incusabant senatores.* GRAMM.

Pag. 136. *l.* 7. Ἐπεὶ εἴγε ἐβουλήθη &c.) Ἐπεὶ, εἴγε ἐβουλήθη, διαπολεμῆσαι, ἐπιφανὲς δήπου, οὐκ ἐνδοιαστῶς legit & distinguit Heilm. i. e. *Nam, si modo voluisset, debellaturus erat, ut facile omnibus perspicitur, successu minime dubio.*

ead. l. 11. Καταφθορὰ) Stephanus, Portus, & Acacius, qui non ineleganter vertit, *illud inprimis ad perniciem spectabat, quod non adductis navibus praetendit*, hoc ita acceperunt, ac si deesset verbum substantivum ἦν, in quo mihi videtur tolerabilis sententia esse. Vir doctus, qui varietatem scripturae e Cod. Reg. excerpserat, coniiciebat καταφορᾷ.

ead. l. 13. Χάριν ἂν ἔσχεν) Eodem, quo Scholiastes, sensu exponit Thom. Magister v. χάρις.

Pag. 137. *l.* 2. Τά τε αὐτὰ ἀπ' ἐλασσόνων πράξας) Id est, ἐλάσσονι δαπάνῃ. Aristophanes Plut. v. 377, Ἐγώ σοι τοῦτ' ἀπὸ σμικροῦ πάνυ Ἐθέλω διαπράξαι. Equitib. 535, Ὃς ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπεν. ubi vid. Kusterum. Thucydides III, 36, Οὐ γὰρ ἀπὸ βραχείας διανοίας ἐδόκουν τὴν ἀπόστασιν ποιήσασθαι. Ib. 92, Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίαις ἀποικίαν καθίσταντο ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης.

ead. l. 11. Κωλύσειν) Sic etiam Thom. Magister in βούλομαι, non κωλῦσαι.

ead. l. 14. Ἐς τὴν αὐτοῦ καὶ Ἀθηναίων φιλίαν) Nomen cum praepositione εἰς adiunctum verbis διαβάλλειν, λοιδορεῖν, & similem vim habentibus, notat rem, quae alicui invidiam facere, vel vitium, aliudve quid, quod alicui exprobrari potest. Herodianus IV, 12, Εἰς ἀνανδρίαν καὶ θήλειαν νόσον διέβαλλεν. Plutarchus Apophthegm. pag. 305, Λοιδορηθεὶς ὑπό τινος εἰς τὴν δυσωδίαν τοῦ στόματος. Et ibid. p. 327, Πρὸς Ἁρμόδιον εἰς δυσγένειαν αὐτῷ λοιδορούμενον ἔφη. Thucydides V, 75, Τὴν ἐπιφερομένην αἰτίαν ἔς τε μαλακίαν, καὶ ἐς τὴν ἄλλην ἀβουλίαν τε καὶ βραδυτῆτα ἑνὶ ἔργῳ τούτῳ ἀπελύσαντο. Pluribus ostendi usum huius generis loquendi, ut confirmarem coniecturam Sylburgii in No-

tis ad Etymolog. Magn. v. οἶνος in Aristophanis Equit. v. 90 legentis Οἶνόν συ τολμᾷς εἰς ἀπόνοιαν λοιδορεῖν; pro eo, quod vulgo editur εἰς ἐπίνοιαν: quae coniectura digna erat, cuius Kusterus ad Aristophanem aliquam rationem haberet.

Pag. 138. *l.* 2. Καὶ ὁ μὲν ἄρας εὐθὺς τῆς Φασήλιδος καὶ Καύνου, ἄνω τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο) Valla vertit, *continuo profectus superiora Phaselidis & Cauni tenebat.* Male εὐθὺς iungit cum ἄρας, quod, ut recte Stephanus, cum genitivis Φασήλιδος & Καύνου iungi debet. Nam non dubium est, quin cum omnibus MSS. excepto Clar. & cum edd. ante Stephani 2, qui tamen & ipse in iis, quae in margine edit. illius annotat, εὐθὺ agnoscit, pro εὐθὺς legendum sit εὐθύ. Phrynichus p. 24, Εὐθὺ πολλοὶ ἀντὶ τοῦ εὐθύς. διαφέρει δέ. τὸ μὲν γὰρ τόπου ἐστὶν, εὐθὺ Ἀθηνῶν· τὸ δὲ χρόνου, καὶ λέγεται σὺν τῷ σ. Adde Ammonium, & Thom. Magistrum. Et obvia sunt exempla huius significationis τοῦ εὐθὺ cum genitivo. Vide interpretes Aeliani ad IX Var. Histor. 18. Nec melior est interpretatio Porti. Nam quomodo Alcibiades, qui in Samo erat, Phaselide & Cauno solvit? aut quis ἄνω τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, pro *in altum navigare* dixit? Rectius sententiam expressit Acacius, *cum solvisset, ab Cauno Phaselideque in superiora ascendit.* Sed sine causa praeteriit vocabulum εὐθὺ, quod indicat, Alcibiadem, cum Samo solvisset, cursum recta Caunum, atque inde Phaselidem direxisse, ut Aspendum teneret. Quamquam mihi non apparet, cur, cum Phaselidem attingere, nisi Caunum praetervectus, non potuerit, Thucydides Phaselidem ante Caunum ponere voluerit. Quod hic in Cod. Gr. Φασηλίδος προπαροξυτόνως scribitur, non caret auctoritate aliorum scriptorum. Nam in Scylace, Polybio, Strabone & Stephano nominativus est Φασηλίς. Et veteres magistros non idem de sede toni sensisse, e Stephano intelligi potest, qui scribit, Herodianum tradidisse τὸ Φάσηλις προπαροξύνεσθαι. Eam sententiam probavit Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 855. Et ita est in Herodoto II, 178.

Pag. 139. *l.* 1. Ἀριστοκράτην) Vide Lysiam contra Eratosth. p. 171. WASS.

ead. l. 5. Τούς τε ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους ἔπεμπον) Haec laudat Thomas Magister in πρεσβεύοντας. Totus hic locus mihi difficilior est, quam ut explanare eum possim. Nec satisfaciunt interpretes, quorum interpretationes sententiam etiam magis videntur obscurare. Omnino

hic aliquid corruptum esse credo, cuius rei argumento est varietas scripturae. Sed illa ἄνευ τῶν πλειόνων puto potius esse, *sine voluntate*, *consensu* & consilio *multitudinis*, vel saltem quinque millium, quomodo ἄνευ saepe accipi supra aliquot locis ostensum est, quam *sine maiori civium parte*, vel *sine pluribus*, ut Acacius. Nam legati ante e decreto solorum Quadringentorum, & illorum dominationis stabiliendae causa missi fuerant, c. 71. Interpretatio verborum οὐ τὸ ἀπαλλάξειν, *non impedituros*, *ut praetendebant*, *quin* — est ab Hudsono. Portus verterat, *sic enim se impedituros dicebant*, *quin* —. Utra melior sit, iudicabunt alii. Ego sententiam Graecorum non assequor. Ubbo Emmius hoc totum ita vertit: *mandabantque legatis, qui Lacedaemone erant, ne qua re sine voluntate plurium in civitatem peccarent, nec studerent in nimis paucos res eius conferre.* E quibus apparet, eum putasse legendum πρὸς τούς.

ead. l. 9. Ἰσαιτέραν) Attice pro ἰσοτέραν. Etymol. M. v. αἰδοιέστατος. Εἰς ἑτέραν minus convenit sententiae, & e pronuntiatione ortum est.

ead. l. 11. Τοιούτῳ) Cl. τοιούτῳ εἴδει, Gr. vero τοιούτῳ τρόπῳ, ex interpretatione. Wass. Τρόπῳ glossam esse, haud facile quisquam dubitet. De εἴδει id non tam apertum est. Nam Thucydides saepe ita loquitur. Cap. seq. Μάλιστα ἐναντίοι ὄντες τῷ τοιούτῳ εἴδει. III, 62, Σκέψασθε ἐν οἵῳ εἴδει ἑκάτεροι ἡμῶν τοῦτο ἔπραξαν. VI, 77, Ὁρῶντες αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο τὸ εἶδος τρεπομένους. Et VIII, 56, Τρέπεται ἐπὶ τοιόνδε εἶδος.

Pag. 140. *l.* 6. Προστάτης) Sic etiam Thom. Magister v. βούλομαι. Thucydides IV, 46, Οἱ τοῦ δήμου προστάται τῶν Κερκυραίων. VI, 35, Ἀθηναγόρας ὃς δήμου τε προστάτης ἦν. Aristophanes Ran. v. 577, Equitib. 1125, & Aelianus XII Var. Hist. 43. Πρωτοστάτης proprie ad militiam pertinet. Vid. Eustathium in Homer. Iliad. γ, p. 923, Hesychium, Polluc. I, 127, Thucyd. V, 71.

Pag. 141. *l.* 3. Προὐθυμοῦντο) Non recte quidam MSS. προὐκαλοῦντο. Thucydides V, 17, Προὐθυμήθη τὴν ξύμβασιν. Ibid. c. 39, Τῶν ξυγχέαι σπευδόντων τὰς σπονδὰς, προθυμουμένων τὰς ἐς Βοιωτούς. Et VIII, 1, Χαλεποὶ μὲν ἦσαν τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσι τῶν ῥητόρων τὸν ἔκπλουν.

ead. l. 4. Πολλῷ τε μᾶλλον ἔτι) Alii ordine meliore πολλῷ τε ἔτι μᾶλλον. Wass.

ead. l. 11. Ξυναλλαγῆναι) Vid. Thom. Magistrum in βούλομαι & διαλλάγη.

Pag. 142. *l.* 3. Χηλὴ) Quae hic in Var. Lect. Hudsoni leguntur, sunt e Valesio ad Harpocrat. v. Ἠετιώνεια. Add. interpretes Pollucis ad I, 99 & 102, & Thucydid. I, 63, & VII, 53.

ibid. Ἠετιώνεια) Add. ad notam Huds. Eustathium 89, 48, & Stephanum, Herodotum, I, 14, Suidam, Nostrum p. 146. Eetion est & Navarchi Athen. nomen apud Diodorum. WASS. De Eetionea etiam Meursius Piraeei cap. 3.

ead. l. 14. Ἐξαιρεῖσθαι) Locus Athenis erat ἐξαίρεσις dictus, quod illic exemtas navibus aut curribus sarcinas seponerent, ut docet Etymologici auctor. HUDS. Et Pollux IX, 34 ex Hyperide: ἐξαίρεσις, ὅπου τὰ φορτία ἐξαιρεῖται. ὥσπερ καὶ τὸ δεῖγμα. Nomen loci a re, quae in loco fit. Vide ibi Iungermannum. Ἐξαιρεῖσθαι pro *exponere*, *efferre*, etiam apud Demosthenem legi ostendit Budaeus in Comment. Ling. Gr. p. 233. Thucydides VIII, 28, ἐβούλοντο πλεῦσαι ἐπὶ τὰ σκεύη, ἃ ἐξείλοντο ἐς τὴν Τειχιοῦσσαν.

ibid. Προαιροῦντας) De hac significatione τοῦ προαιρεῖν plura annotavit Casaubonus ad Theophr. Charact. c. IV.

Pag. 143. *l.* 3. Τοῖς ξύμπασι) Haec omittit Gr. non male. WASS.

Pag. 144. *l.* 1. Διαβολὴ) Cl. διαβολιμὸν ἄν. al. Codd. δ. ὄν. Th. Magister διαβόλιμον ὄν. λέγει, inquit, τὸν διαβεβλημένον. καὶ οὐ πάνυ διαβόλιμον ὂν, ἀπὸ τῶν Μεγάρων τὴν Σαλαμῖνα παραπλεῖν. sed incidisse videtur in Codices vitiosos. Apud Polybium invenitur quidem διαβούλιον, *consilium*, *deliberatio*, διαβόλιμον nullibi. WASS. Paulo ante Scholiastes videtur legisse ἀπὸ τῶν τὴν ὀλιγαρχίαν ἐχόντων. Sed vulgata scriptura satis bonum sensum habet; & Scholiastes fortassis interpretandi causa τοὺς τὴν ὀλιγαρχίαν ἔχοντας vocat, qui Thucydidi sunt οἱ τὴν κατηγορίαν ἔχοντες.

ead. l. 8. Εἴ τοῖς γε σώμασι) Cl. εἴγε τοῖς σώμασι. non placet. WASS.

Pag. 145. *l.* 1. Ὑπ' ἀνδρὸς τῶν περιπόλων τινὸς) Paulo aliter quam Plutarchus, Lycurgus adversus Leocratem p. 173: Φρυνίχου γὰρ ἀποσφαγέντος νύκτωρ παρὰ τὴν κρήνην τὴν ἐν τοῖς Οἰσυίοις ὑπὸ Ἀπολλοδώρου, καὶ Θρασυβούλου &c. Paulo clarius Lysias Orat. XII: Θρασύβουλός τε ὁ Καλυδώνιος, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ Μεγαρεὺς ἐπεβούλευσαν· ἐπειδὴ δὲ ἐπετυχέτην αὐτῷ βαδίζοντι, ὁ μὲν Θρασ. τύπτει τὸν Φρύνιχον, καὶ καταβάλλει πατάξας. vid. Aristoph. Lysistr. 313, & ibi Schol. de v. περιπόλων v. Aristoph. Av. 1177. IDEM.

ead. l. 2. Ἐν τῇ ἀγορᾷ πληθούσῃ) Suidas: περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. περὶ ὥραν τετάρτην, ἢ πέμπτην, καὶ ἕκτην. τότε γὰρ μάλιστα πλήθει ἡ ἀγορά. Postremam interpretationem secuti viri doctissimi in Luciani Philopseude p. 333, ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν, & in Philostrati Vit. Apollon. II, 36, ὁπότε ἀγορὰ πλήθει, & VII, 29, περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν vertunt *circa meridiem*. Sed Suidas ipse deinde πλήθουσαν ἀγορὰν exponit ὥραν τρίτην. Et scriptor Anonymus apud Phavorinum in πλήθουσα ἀγορά: ὥρα τρίτη ἠκροβολίζοντο περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. Heraldus I Adversar. 10, Interpretes Aeliani ad 12 Var. Hist. 30, & Kuhnius in Indice Aeliani pluribus ostenderunt, his phrasibus designari tempus, quod est inter mane & meridiem, & tempus, quod πληθούσης ἀγορᾶς, & περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν vocant Graeci, a μεσημβρίᾳ distingui. Itaque hoc recte inchoari potest ab hora tertia, quae, ut Martialis dicit, causidicos exercere incipiebat; nec Brodaeus IV Miscellan. 33 satis accurate illud cum Gallorum hora undecima componit. Add. Kusterum ad Suidam in ἀγορᾶς ὥραν. Confer, quae Casaubonus ad Sueton. Caligul. cap. 15 annotavit e Pauli Sentent. Lib. IV, Tit. 6, § 2, & e Dionis Chrysost. Orat. LXVI, p. 614.

Pag. 146. *l.* 8. Καὶ τὴν ἑαυτοῦ φυλακὴν ἔχων) Φυλὴν, quod est in Gr. & marg. Cass. defendi potest e VI, 98, Καὶ τῶν Ἀθηναίων φυλὴ μία τῶν ὁπλιτῶν. Permutantur etiam haec ibid. cap. 100 & 101. Vide quae ad illa loca annotata sunt.

ead. l. 12. Τῶν Μουνυχίασι τεταγμένων ἀρχῶν) Quidam MSS. Μουνυχίας. cum edd. Stephanus huc spectans. Wass. Adverbium Μουνυχίασι παροξυτόνως scribitur in Stephano Byzant. in Μουνυχία & Μουνυχία, & in Lysiae Oratione adversus Agoratum cap. 5, 7, 12, 13, ubi in his, ὅτε ἡ ἐκκλησία ἐν Μουνυχίασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγένετο, prius ἐν supervacuum est, & 14. Idque rectius, ut puto, a Μουνυχία, non Μουνυχιά. Sic ab Ὀλυμπία Ὀλυμπίασι, a Θήβη Θήβησι. Contra a Πλαταιαὶ Πλαταιᾶσι, a Περγασὴ Περγασῆσι, a Μαραθὼν Μαραθῶνι. Vid. ad I, 130. Ἄρχων etiam recte ex hoc loco Stephanus, non ἀρχῶν.

Pag. 147. *l.* 4. Ἕτοιμος) Homerum & veteres Atticos dixisse ἑτοῖμος, ἐρῆμος, ὁμοῖος, sed recentiores rationem analogiae secutos haec προπαροξύτονα fecisse, scribit ex Herodiano Eustathius ad Homer. Il. β', pag. 206, & Il. ε', pag.

531, & Phavorinus in ἀχρεῖα & ἐρῆμα. Sed si ideo hic ex uno Mſ. praeferendum eſt ἑτοῖμος, quod videtur velle Hudſonus, non poteſt cauſa dici, cur non ubique in Thucydide ἑτοῖμος, ἐρῆμος, & ὁμοῖος ſcribi debeat.

ead. l. 13. Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου) Celebrantur Thucydidae quatuor: unus *Alopecenſis*, Mileſiae filius, Periclis adverſarius; alter *Gargettius*; tertius *Theſſalus*, urbe Pharſalo; quartus Athenienſis, Olori filius. Vide Meurſii Attic. Lect. l. 5, c. 26, & Fabium Paulinum in Thucydidem de peſte Athen. Huds.

Pag. 148. *l.* 1. Ἑκάστοις) Cl. ἑκάστῳ. non male. & infra ὅσον καὶ ἀπὸ βοῆς. Wass.

ead. l. 5. Ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα) Xenophon Hiſt. Gr. II, p. 477, ἐπεὶ δ' οὐκ ἐπείθοντο, προσέβαλλεν ὅσον ἈΠΟ ΒΟΗΣ ἕνεκεν, ὅπως μὴ δῆλος εἴη εὐμενὴς αὐτοῖς ὤν. Wass. Leunclavius ibi pro ἀπὸ legit ἄρα, & reprehendit Henr. Stephanum, qui temere putaverit ἀπὸ expungendum eſſe. Verum ex hoc loco Thucydidis patet, neque ἀπὸ in ἄρα mutandum, neque delendum eſſe. Stephanus tamen ſe defendere potuiſſet auctoritate Luciani, qui de Saltat. pag. 787 dicit, ὅσον πείρας ἕνεκα.

ead. l. 6. Τῷ πλήθει ἐχαλέπαινον) Τῷ ἀληθεῖ Cl. & pro varia lectione Scholiaſtes. Wass. Hoc a recentioribus, Scholiis vetuſtioribus inſertum eſſe ex eo ſuſpicor, quod a Cod. Caſſ. & ed. Baſ. abeſt. Nec tamen aſpernandum putem τῷ ἀληθεῖ. Nam τὸ ἀληθές, & ἡ ἀλήθεια ſaepe ſimulationi, προφάσει, & λόγῳ opponuntur. Thucydides VI, 33, Πρόφασιν μὲν — τὸ δὲ ἀληθές. Et II, 41, Ὡς οὐ λόγων ἐν τῷ παρόντι κόμπος τάδε μᾶλλον, ἢ ἔργων ἐστὶν ἀλήθεια. Lucianus Harmon. pag. 588, λόγῳ μὲν — τὸ δ' ἀληθές. Et hoc poſt Vallam probaſſe Ubbonem Emmium, oſtendit illius interpretatio *ſerio indignabantur*. Sed & fortaſſis vetus Scholiaſta ita legit: nam pro eo, quod paulo ante in editis ſine ſenſu legitur, καὶ οὐκ ἀμαθῶς, liber Caſſ. habet καὶ οὐκ ἀληθῶς.

Pag. 150. *l.* 3. Διονυσιακὸν θέατρον) Cod. Caſſ. Διονυσιακὸν τὸ ἐν τῷ Πειραιεῖ θέατρον. De hoc anceps eſt coniectura. Nam & pro eo facit Xenophon, qui, ut putat Spanhemius ad Argumentum Ranarum Ariſtophanis, hoc vocat τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον II Hiſtor. Gr. pag. 477, & contra videri poteſt aſſutum ab aliquo, qui Xenophontem legerat: quo propter conſenſum omnium aliorum librorum magis inclino. De concionibus in hoc theatro habitis eſt in Polluce

VIII, 133, & Lysia contra Agorat. cap. VII, Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐκκλησία Μουνυχιάσιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγίγνετο. Et cap. 13.

ibid. Θέμενοι τὰ ὅπλα) Hoc varia significat. Vid. ad II, 2, & IV, 44, & Valesium ad Harpocration. in θέμενος τὰ ὅπλα. Casaubonus ad Diogen. Laërt. I, 57 scribens, apud Thucydidem lib. VIII θέσθαι ὅπλα in eadem sententia *arma sumere* & *deponere* significare, videtur ad hunc locum respicere, & Scholiastae interpretationem probare: quam nec Leopardus XI Emendation. 20 reprehendit.

ead. l. 6. Ἠρημένοι, πρὸς αὐτοὺς ἀνὴρ) Gr. mutata distinctione, ἠρημένοι πρὸς αὐτοὺς, ἀνήρ. rectius, opinor.

ead. l. 8. Αὐτούς τε ἡσυχάζειν) Homerum sequi videtur, apud quem Pallas, Τὸν δ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστὰς, Δαίμονι; οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι. Ἀλλ' αὐτός τε κάθησο καὶ ἄλλους ἵδρυε λαούς. WASS.

Pag. 151. *l.* 12. Τάχα μέν τι ἀπὸ) Cass. τάχα μέν τι καὶ ἀπό. non male. Vid. ad cap. 83.

Pag. 152. *l.* 2. Ἀνέχειν) Vide Suidam in ἀνέχει. WASS.

ead. l. 3. Ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πολεμίων) Sententiam horum verborum non male expressit Portus. Sed testimonia, e quibus hunc usum ellipseos particulae negantis patere putat, non nimis idonea sunt. Nam quod οὐχ ὅπως, οὐχ οἷον, & alia quaedam pro *non modo non* dicuntur, id peculiare est his particulis. Nec ex illo Sophoclis in Philoct. v. 769 ἑκόντα, μήτ' ἄκοντα, pro μήτε ἑκόντα, μήτε ἄκοντα, communis usus huius ellipseos ostendi potest. Nam poëtae, quia metro adstringuntur, saepe a consueta ratione sermonis abeunt. Scholiastes Thucydidis ἢ tollendum, & Corinthus hic παρέλκειν dicit. Hos secutus Acacius, genitivum μείζονος non ad prius membrum τοῦ ἰδίου πολέμου, sed ad posterius ἀπὸ τῶν πολεμίων retulit, ac vertit, *maius intestino certamine ab hostibus bellum.* Ita ordo verborum foret, ὡς τοῦ ἀπὸ τῶν πολεμίων πολέμου — μείζονος τοῦ ἰδίου. Sed non placet H. Stephano ad Corinthum Artic. XXXVI, hic statui pleonasmum τοῦ ἢ. Et est sane, si ea, quam dixi, structura verborum esse debet, insolens, & fortassis sine exemplo. Nec tamen Stephanus quidquam nos ad intelligendum hunc locum iuvat, cum suam de eo sententiam non dicat. Assentior quidem Porto, quod ad sensum verborum attinet; sed non tam puto supplendum esse οὐ, quam id post πολέμου excidisse, & Thucydidem ὡς τοῦ ἰδίου πολέμου οὐ μείζονος ἢ ἀπὸ τῶν πο-

λεμίων scripsisse suspicor. Nisi quis putet pro ἢ potius legendum esse τοῦ.

ead. l. 9. Θορίκου) Etymologus etiam Θόρυκος, & Mss. Herodoti Baroc. IV, 99. mendose. Xenophon bis, Strabo, Apollodorus, & Steph. receptam scripturam satis firmant. Quibus accedit Eratosthenes ἐν Ἠριγόνῃ apud Steph. in ἄστυ. Locum, & alibi promontorium vocat Plinius, recte. Θορικίου πέτρου meminit Sophocles Oedip. Colon. 1666. Gentilia Θορικιον apud Demosth. Boeot. 636, & apud Steph. Θορικεύς. Insc. vetus apud Sponium ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥ ΘΟΡΙΚΙΟΥ. Oppidum Melae temporibus *nomen* tantum. WASS. In Strabone IX, 398, Apollodoro II, 4, 7, & Conone cap. 7 est Θόρικος, in aliis Θορικὸς, ὀξυτόνως.

ead. l. 10. Πρασιῶν) Apud Stephanum & Pausaniam casus rectus est Πρασιαί. Vide Meursium de Populis Attic.

ead. l. 14. Εὔβοια γὰρ αὐτοῖς — πάντα ἦν) Πάντα εἶναι alicui dici hominem, qui in summo honore, auctoritate, & existimatione apud aliquem est, qui omnia apud aliquem potest, a quo omnia exspectat, & in quo omnes suas spes opesque sitas esse putat, multis ostenderunt doctissimi interpretes Velleii ad II, 103, & Petronii cap. 37. Hic, ubi non homo, ut omnibus locis, quae illi congesserunt, sed res, nimirum Euboea insula, Atheniensibus πάντα fuisse dicitur, phrasis haec non potest habere significationem auctoritatis & existimationis, & Thucydides hoc tantum dicit, Athenienses omnem spem & praesidium in Euboea sola positum habuisse, atque ideo omnia sibi postputasse prae cura illius defendendae & servandae. Ita bene Stephanus in Thes. Sic Herodotus VII, 156 scribit, Geloni Syracusas ἅπαντα fuisse, id est, eum, neglectis omnibus aliis urbibus Siciliae, Syracusas solas, tanquam firmissimum praesidium dominationis, sibi augendas existimasse: Ὁ δὲ, ἐπεί τε παρέλαβε τὰς Συρηκούσας, Γέλης μὲν ἐπικρατέων, λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο, ἐπιτρέψας αὐτὴν Ἱέρωνι ἀδελφεῷ ἑωϋτοῦ. ὁ δὲ τὰς Συρηκούσας ἐκράτυνε, καὶ ἔσαν ἅπαντα αἱ Συρήκουσαι. αἱ δὲ παραυτίκ' ἀνά τ' ἔδραμον καὶ ἔβλαστον.

ead. l. 15. Θυμόχαριν) Τιμόχαριν Gr. mendose. WASS.

Pag. 153. *l.* 9. Ἐπισιτιζόμενοι) Vide Pollucem VI, 36, & Diodorum Sicul. pag. 349 b. WASS.

Pag. 154. *l.* 13. Ὀρεοῦ) Ita noster. Lysias Orat. XIII, 146, & Demosthenes, Ὀρείτας exhibet. In Aristog. p. 459, & supra p. 51. Ὠρεοῦ vero Charax in Chronicis, & Apollo-

dorus apud Steph. Aristot. Polybius, Diodorus, Strabo, Pausanias, Plutarchus. Archippus etiam in Piscibus apud Athenaeum. Ptolemaeus Σωρεὸς in Mſ. Coislin. At Seldeni Codex Ὠρεὸς, atque ita Aristot. aspirate, mendose uterque. De situ v. Livium XXVIII, 5, XXXI, 46. Historiam pete a Diodoro XIX, p. 713, Polyb. XI, & p. 1107, Plutarch. Aemil. 259, ubi pro ῥώμης fortasse ῥύμης τῶν πραγμάτων legendum, Aristot. Polit. V, p. 133, Demosth. de falsa Leg. p. 220, & p. 50, 459, Libanium Progymn. p. 107. Olim Ἱστιαία Strab. & Steph. Hodie, inquit Sophianus, *l'Oreo*. Episcopi eius mentio est in Concil. Chalced. A. Chr. 451. WASS.

Pag. 155. *l.* 2. Ὡς ἦλθε τὰ) Primum suspicabar ἦλθε fortassis e compendio scripturae, vel alio errore librariorum ortum esse pro ἠγγέλθη, quomodo saepe loquitur Thucydides, non ἦλθε. Paulo post cap. 97, ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοις. Deinde cum vidissem, Scholiasten haec verba ἦλθε τὰ γεγενημένα interpretari ἦλθε μήνυμα τῶν γεγενημένων, unde, eum agnovisse τὸ ἦλθε, apparet, nihil tentandum arbitratus sum: etsi non valde obvium genus loquendi esse puto.

ead. l. 9. Ξυῤῥάξουσι) Non placet. forte legendum contra Mſſ. ξυῤῥάψουσι. WASS. Henr. Stephanus quoque in Thes. scribit, suspectum posse esse hunc locum.

Pag. 156. *l.* 11. Διάφοροι) Quidam pessime διάφορον. WASS.

ead. l. 13. Ἐπιχειρηταὶ) E Thucyd. laudat Pollux II, 154.

Pag. 157. *l.* 5. Πνύκα) Πνὺξ locus erat Athenis iuxta Ἀκρόπολιν. Eius tribunal spectabat ad mare; sed id ad continentem a XXX tyrannis versum est. Postea tamen a Themistocle restitutum; cuius utriusque facti causas Plutarchus in eius vita reddit. Ut in Pnyce conciones cogerentur Solonis legibus cautum erat, ut κατὰ Κτησιφῶντος testatur Aeschines. Et olim quidem omnes, postea tantum eae haberi coeptae sunt, quibus de creando magistratu agebatur, ut Hesychius auctor est, itemque Pollux. Et quia hoc casu frequens eo populus confluebat, inde Πνὺξ appellata est, ἀπὸ τοῦ πυκνοῦσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. In hoc loco Thucydidis Πύκνα pro Πνύκα mendose scriptum esse censent viri eruditi. Verum, pace eorum, vulgatam lectionem retinendam puto; cum Πύκνα dici κατὰ μετάθεσιν scribat Scholiastes ad Aristoph. & ex eo Suidas: quibus adde Etymologum dicentem, ἡ γενικὴ Πνυκὸς, διὰ δὲ εὐφωνίαν Πυκνός. Rutgers. in Var. Lect. l. 5, c. 1. HUDS. Πνύκα tamen pro Πύκνα, quod habent omnes edd. & e Mſſ. Caſſ. Gr. &

Camer. & in Latina interpretatione *Pnyca* pro *Pycna* ſcribi voluerat cl. Waſſe. Idem, ſed nonnihil dubitans, malebat Florens Chriſtianus ad Ariſtoph. Pac. v. 679, & ſine haeſitatione Palmerius in Exercitation. pag. 58, & Kuhnius ad Pollucem VIII, 132. Palmerius etiam pronuntiat, ſciolos, quid eſſet Πνύκα ignorantes, hoc ubique depravaſſe in Πύκνα, vocem illis notiorem. Satis profecto confidenter. Nam Grammatici veteres docent, etſi caſus rectus huius nominis eſt Πνὺξ, tamen in obliquis per *μετάθεσιν στοιχείων*, euphoniae cauſa dici Πυκνὸς, Πυκνὶ, Πύκνα. Equidem non poſſum decernere, an vera ſit, quam illi tradunt, transpoſitionis literarum in hac voce cauſa; quia ſcilicet non animadverto ſuavius ſonare Πυκνὸς, Πυκνὶ, & Πύκνα, quam Πνυκὸς, Πνυκὶ, & Πνύκα: quod fortaſſis teretes illae ac delicatae Atticorum aures iudicare potuerunt. Sed hoc ex obſervatione Grammaticorum liquet, eos non ignoraſſe, quid eſſet Πνύκα. Rutgerſius V Variar. Lect. 1, & Valeſius ad Harpocrationem, qui & ipſe ex aliis ſcriptoribus Πυκνὸς & Πύκνα in Lexicon ſuum contulit, hic retinent vulgatum Πύκνα. Et poteſt tuto retineri. Neque tamen ideo lectio plerorumque Mſſtorum Thucydidis, qui Πνύκα exhibent, improbanda eſt. Nam praeceptum hoc Grammaticorum non tam firmum eſt, ut pro lege haberi debeat, cum certum ſit quamplurimis locis veterum ſcriptorum, quorum non pauca in Meurſio de Populis Att. & II Athen. Attic. 9 leguntur, non minus Πνυκὸς, Πνυκὶ, & Πνύκα, quam Πυκνὸς, Πυκνὶ, & Πύκνα ſcribi: quae omnia corrupta eſſe non temere quiſquam, etſi hic Πύκνα retinendum cenſeat, affirmet. Et ſtat pro hac ſcriptura auctoritas Euſtathii in Homerum, apud quem ad Iliad. ψ', pag. 1322, haec leguntur: *Ὡς δὲ ἐκ τοῦ πτύσσω πτύξω γίνεται καὶ τὸ, πτὺξ πτυχὸς· καὶ τὸ πνὺξ πνυχὸς* (perperam *πυχὸς* in ed. Rom. quod bene emendavit in Indice Devarius) *ὄνομα δικαστηρίου Ἀττικοῦ, ὅπερ ἡ κοινὴ χρῆσις πνυκὸς κλίνει, ἀλλαχοῦ σαφῶς δεδήλωται.* In Ariſtophane utroque modo ſcribitur. Πυκνὸς Equit. v. 165, ubi tamen Mſ. Vatic. Πνυκὸς, Πύκνα Theſmophot. 665, & aliis locis, quae ibi annotavit Kuſterus. Πνυκὸς Equit. 1106. Πνυκὶ ibid. 646, 1134, & Veſp. 31. Πνύκα Equit. 648.

ead. l. 6. *Οὗπερ καὶ ἄλλοτε εἰώθεσαν*) In Pnyce ſua aetate haberi ſolitas conciones, quas *κυρίας ἐκκλησίας* vocabant Athenienſes, indicat Ariſtophanes in Acharnenſ. v. 19, 20.

ead. l. 7. Τοῖς πεντακισχιλίοις) Adi Lyfiam Orat. XIX, pag. 328. WASS.

ead. l. 11. Πυκναὶ) Kuhnius ad Pollucem VIII, 132, emendat Πυκνί. Recepta lectio fatis commodum fenfum habet, nec videtur indigere emendatione.

ead. l. 13. Ἐπί γε ἐμοῦ) Corrupte Ald. & al. ἐπί γε ἐμοῦ. WASS. Acacius ἐπί γε ἐμοῦ non male vertit *mea quidem memoria.*

Pag. 158. *l.* 11. Στρατηγῶν) Gr. non male στρατηλατῶν. Euripides, D. Halic. Lycophron paffim, στρατηλάτης. at στρατηλατῶν rarioris ufus. Neutrum apud Thucydidem occurrit. WASS.

ead. l. 12. Τοξότας τινὰς τοὺς βαρβαρωτάτους) An defignat miniftros publicos, qui τοξόται Athenis vocabantur? de quibus faepe Ariftophanes, & ex eo aliifque Iungerm. ad Pollucem VIII, 132, & Meurfius Ceramic. Gem. cap. 16. Mihi non diffimile veri videtur. Erant enim hoc genus fere barbari; unde & Scythae dicti.

Pag. 159. *l.* 1. Γιγνομένην) Ita refcripfi. antea γενομένην. WASS.

ead. l. 13. Οἱ ἐν τῇ Μιλήτῳ Πελοποννήσιοι) Nominativi οἱ Πελοποννήσιοι pendent, nec eft in fequentibus verbum, quo referantur: nam proximum ἐδίδου poftulabat τοῖς Πελοποννησίοις. Haec eft fpecies ἀνακολούθου, cuius plura exempla congefferunt viri docti ad Aeliani II Var. Hiftor. II, & ad Evangel. Marci IX, 20. Particulae ὡς, quae in principio huius periodi eft, poft multa interiecta refpondent haec, οὕτω δὴ ὁ Μίνδαρος.

ead. l. 15. Φοίνισσαι) Vide Ifocratem Orat. de Bigis pag. 515. WASS. In his, αἱ Φοίνισσαι νῆες, οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης, fimplex negatio vim duplicis habet, pro οὐδὲ αἱ Φοίνισσαι νῆες, οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης. Idem in Sophoclis Aiace ad v. 635 αἴλινον obfervat Scholiaftes poëtae. Lucianus I Ver. Hiftor. 655, Ἔντερον δὲ ἐν αὐτῇ (nempe τῇ γαστρὶ) οὐδὲ ἧπαρ φαίνεται. Et II, 682, Δένδρον δὲ, οὐδὲ ὕδωρ ἐνῆν. Mox praefero fcripturam librorum, qui habent ἧκον, ut hoc congruat cum praecedente ἐδίδου, & fequente ἐπεστάλκει; quae omnia ad particulam ὡς referuntur. Nec afperner τέως που, omnium Mfftorum, praeterquam Camer. auctoritate firmatum.

Pag. 160. *l.* 13. Ἐς αὐτὸν νῆες ἐπέπλευσαν) Cl. recte ὡς αὐτόν. Ἐσέπλευσαν Gr. Hoc modo loquitur auctor II, 89,

& III, 80. Nihil tamen muto. Wass. Nec male tamen Gr. cum quo & Camer. consentit. Cap. seq. Μὴ φθάσῃ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἐσπλεύσας. Et cap. 101, Ἔγνωσαν ὅτι ἐσπλέουσιν οἱ Πελοποννήσιοι.

Pag. 161. *l.* 1. Ἴκαρον) Ita MSS. Ἰκαρίαν scribunt Strabo, Diodorus, Ptol. Hephaestio, Ptolemaeus Geog. Auctor Epig. inediti, Mela, Ovidius. Sed recte ambiguitatem evitat noster; nam Ἰκαρία, δῆμος, & Ἰκάριος civis est. Cum nostro scribunt Eparchides, & Semus apud Athenaeum. Aristot. de Mirab. p. 101, Aelian. Animal. H. XV, 23, & Dionysius v. 609. ubi pro ἐπέχει, haud paulo elegantius 2 MSS. Τέσσας μὲν νήσους ἘΦΕΠΕΙ ῥόος ὠκεανοῖο, *obit*, *persequitur*, ut oves pastor. Homer. μαιμώων ἔφεπ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι. Confer omnino Pausan. Boeot. IX, 11. Wass.

Pag. 162. *l.* 5. Κατὰ τὸ ξυγγενὲς) Hoc Thucydides III, 86, VI, 88, & alibi, de populis eiusdem originis & consanguineis dicit. Quaenam autem sit Thebanorum & Methymnaeorum, vel Cymaeorum, si quis hoc ad eos pertinere putabit, συγγένεια, nunc non scio, nec vacat quaerere. Boeotos Mitylenaeorum συγγενεῖς Thucydides etiam III, 2 vocat, ubi Scholiastes Cass. scribit, Lesbios Aeolensium colonos, & Boeotos itidem Aeolenses fuisse. Nempe Thessali Αἰολεῖς, & Thessalia Αἰολὶς olim dicebatur, ab Aeolo, qui ibi imperavit. Hinc ante bellum Troianum quidam profecti in Boeotia consederunt. Deinde alii Arne Thessalica pulsi, eam, quae deinde Boeotia dicta est, occuparunt. Inde est illa συγγένεια Boeotorum & Lesbiorum. Vid. Thucydidem I, 12, Diodorum Sicul. IV, pag. 187, Eustathium in Homer. Odyss. ι', pag. 1644, & Scholiasten Pindari ad Olymp. I, v. 164, Pyth. II, v. 128, & Nem. IV, v. 136. Add. Stephanum in Ἀσπληδὼν & Ἰωνία. Et eo referri potest locus Thucydidis cap. 5 huius libri, ξυμπρασσόντων αὐτοῖς (τοῖς Λεσβίοις) τῶν Βοιωτῶν.

ead. l. 10. Ναυσὶ) Quidam MSS. πάσαις ταῖς ναυσί. Sic interpres, quomodo forte legendum. Wass.

ead. l. 13. Ὑστερήσας) Videtur ὑστερήσας ad Thrasybulum referri, quem dicat, licet προαφιγμένον, tamen ὑστερῆσαι. Alioqui repetendum fuerat Thrasylli nomen post ὑστερήσας. Neque enim hic parenthesi commodum esse locum puto, quae incipiat a προαφιγμένος, & desinat in διάβασις. Steph. Acacius tamen haec per parenthesin dicta existimavit, & ὑστερήσας ad Thrasyllum, non Thrasybulum

retulit. Nec video quidquam obstare, quo minus ita recte accipi possint.

Pag. 163. *l.* 2. Τινὲς δύο) Ita bis terque noster. Ita Cicero II de Finib. 19, *Leonidas, Epaminondas*, tres aliqui, *aut quatuor.* Wass. Vide ad VIII, 21.

ead. l. 8. Δυσὶν ἡμέραις) Phrynichus pag. 34, Δυσὶ μὴ λέγε, ἀλλὰ δυοῖν. Sed Thomas Magister δυσὶ ex hoc loco Thucydidis, & alio Aristidis, adversus Phrynichum defendit: etsi δυοῖν praefert. Adde Nunnesium ad Phrynichum.

ead. l. 9. Τρεῖς τεσσαρακοστὰς ἕκαστος Χίας) Vir summus Ezechiel Spanhemius Diss. V de Praestant. & Usu Numism. Antiquor. pag. 249 miratur, cur Portus in interpretatione Latina retinuerit vocem Graecam *tessaracostas;* & cum hic de nautico stipendio agi liqueat, post *Chias* non addiderit *drachmas.* Nec aliter haec verba explicanda esse dicit, quam de *quadraginta & tribus drachmis*, quas singuli nautae seu milites classis Peloponnesiae, quae ad expeditionem in Hellespontum adversus Athenienses proficiscebatur, a Chiis pro stipendio menstruo acceperint. Vallam quoque putasse eandem significationem verborum τρεῖς τεσσαρακοστὰς esse, ostendit illius interpretatio: *ac datis a populo Chio ternis & quadraginta numis Chiis in singulos.* Non improbo sententiam Spanhemii de stipendio menstruo. Sed vellem docuisset τεσσαρακοστὸς, vel ulla alia huius formae numeralia, ut εἰκοστὸς, τριακοστὸς, pro cardinalibus, ut Grammatici loquuntur, τεσσαράκοντα, εἴκοσι, τριάκοντα poni. Scholiastes Thucydidis dicit, τεσσαρακοστὰς (nam ad hanc vocem potius pertinet hoc scholion, quam ad Χίας) esse ἀρχαῖα νομίσματα ἐπιχώρια Chiorum: ad quae Portus annotat, fortassis ita dictum fuisse hunc numum, quod esset quadragesima pars numi alicuius nobis ignoti. Huic coniecturae acquiescam, donec didicero τεσσαρακοστὸς esse *quadraginta.*

ead. l. 14. Κρατερείοις) Cl. Καρτεροῖς. Plinio V, 31, Carteria iuxta Smyrnam insula. Vide Scylacem pag. 36. Wass.

Pag. 164. *l.* 5. Λέκτον) Inter oppida, ut alias, promontorium inseruit, Sophiano dictum *Scorpiata.* Aristoteles & Strabo Idae promontorium vocant. Schol. Nicandri Idam a *Lecto* distinguit, vel illud Idae alterum promontorium circa Zeleiam intelligit. Vide omnino Homerum Il. ξ', 284, Herodot. IX, 113, Hesychium, Strabon. p. 605, Epit. 166, 172, Eustath. p. 977, Livium XXXVII, 37, Plutarch. Lucull. 493. abest ab Ilio 200 stad. Ibi purpurarum genera maiora

